

B. M. II, 173.
h. 48, 4.

J. J. 105. 18.



DISCURSUS HISTORICO-
JURIDICUS,

DE

TORNEAMENTIS
GERMANORUM.

Ad t. X. de Torneament. & c. un. de Torneam.
in Extravag. Johann. XXII. juncta l. solent i.
§. i. ff. de aleator. & l. i. C. eod.

quem

Amplissimo Jctorum Ordine
in almâ Viadrinâ benignè permittente,

sub PRÆSIDIO

*Viri Amplissimi, Consultissimi & Excellen-
tissimi*

Dn. JOHANN-BALDASARIS CHARISII,
J. U. Licent. Reipublicæ Francof. Syndici,
& Practici celeberrimi,

Præceptoris sui æviternum devenerandi,
Publicæ Eruditorum censura exponit

Adamus Georgius à Schlieben / Nob. March.
A. & R.

*Ad d. 22. Nov. in Auditorio Juridico
horis à 7. matutinis.*

A. C. M DC LI.

Ex Chalco graphæo Erasmi Rösneri.

X 1862411





B. C. D.

Ad

Discursum de Torneamen- torum Germ. Jure

INTRODUCTIO.

Quod vel durissimo metallorum evenire cernimus, ut nisi continuo expolitur usu splendeat, arosa brevi rubigine exedatur; id de Virtute, rerum omnium pulcherrimâ, & qua sola ad Deos immortales quam proximè accedimus, vero illa solidoq; generosa Nobilitatis fundamento, nemo sanus pariter, cum ratione, negaverit. Sive enim eam, quæ pacis tempore Halcyonia illa tuta moderatur, ac togata dicitur, & civilis: sive illam in medium producas, quæ turbato rerum statu, inter armorum strepitus, horrentibus lapsisque patrierebus heroica animi magnitudine medetur ac succurrit, & sagata vulgo audit & militaris; utramq; ni sedula exercitatione colatur, vix ac ne vix quidem splendorem suum conservare posse integrum, non difficili forte negotio fateberis. Imo tanta est, quis nescit? utriusq; conjunctio ut & illam varii bellorum eventus saepe moneant, erudiantque; & hæc in actum feliciter produci non possit, ni pacato rerum statu didiceris, quæ armorum tempore prodesse possint. Factum inde est, ut quæ ad utramq; præviâ instructione suâ ducere posse videantur, nemo mature neglexerit, quisquis olim vel toga vel sago voluit esse magnus: imo factum inde est ut majorû instituto virtutis utriusq; palestra, vel à primo rerum ortu nunquam defuerint. Scholas, Gymnasia, Academias, non tango, quibus ad civilem virtutis habitum comparandum nulla unquam secula caruerunt: illud unicum nunc dicam, non minori studio, ab omni ævo, cura fuisse
 A 2
 omni-

omnibus, in arena prius privata generosos animi motus, sedula
exercitatione induere, quam in acie vires experiri, quicumq; he-
roica virtutis studium, vel civili prudentia pretulerunt, vel
utraq; aliquando voluerunt inclarescere. De Grecis, gentium pru-
dentissimis, ac de Romanis, orbis domitoribus, quid referre atti-
net? quibus variae exercendae virtutis certamina in usu semper
fuisse, Historicorum fide novimus: & maxima quondam laudis
Diophonti fuit, quod Isthmicum & Pythicum πένταθλον seu quin-
quertionem sese praestiterit, i.e. saltu, cursu, disco, jaculo, & lucta-
tione victorem. Nostris sane majoribus, fidelissimis illis populo-
rum, aequae ac fortissimis, ut bellica quidem virtus aeternum conci-
liavit nomen, ita nunquam generose displicuerunt exercitatio-
nes, ut praeter alia, quibus ante jam insueverant, tandem & Hen-
ricus ille Auceps, Imperator tot victoriis, tot triumphis gloriosissi-
mus, post devictos tum feliciter Barbaros, Germanica Nobilitati
Equestres Torneamentorum ludos, heroica virtutis vera progy-
mnasmata, ante annos nunc septingentos & quod excedit, certis
legibus praescripserit; rem amore laude ac memoratu adhuc di-
gnissimam. Illis enim ecquid generosius? ecquid virtutum omniu
claritudine illustrius? ut mirari equidem inane Clementis ful-
men quis omnino debeat, quo ferire nobilissima illa exercitia ali-
quando voluit, ac mecum indolere pariter, quod ducentorum
haecenus annorum invidia memoriam illorum abolere fere peni-
tus conata fuerit. At cum salva adhuc res sit, ac, postquam caelesti
voce indicta dulcissima patrie nostrae iterum Pax est, desperare
& illa vitam, novosq; spiritus forte non debeant, recte judican-
tium calculo rem faciam & genere & studio meo non indignam,
si in Torneamentorum istorum iura ritusq; in hac, quae me haec-
enus detinuit, bona mentis palaestra, exercitii Academici loco, pro
ingenii viribus inquisi vero. Faciam illud, atq; eo quidem luben-
tius, quod & togati & sagati temporis virtutes varias in uno
quasi orbe hic convenire, repenitius inspecta, facile quis depre-
hendere possit. Tu modo DEUS alme, DEUS fortissime, captis nostris
elementer annue, & dirige cursum!

SE-

SECTIO I.

Torneamenta unde dicta. Quid sint. Et quando in Germaniam primitus introducta.

I.

REi pulcherrimæ tractationem inchoaturis, vocato ante omnia in auxilium divino Numine, vel in ipso vestibulo convenire nihil equidem magis poterit, quam nominis ipsius naturam, quantum quidem licet, investigare. Ufu enim vocis cognito, in ipsius rei perceptionem sæpe nos provehi, subtilissimus inquit Scaliger *exercit. 1. sect. 1. & exercit. 325. sect. 9. in fin.* cum nomina sint notionum notæ, eodem teste Scaligero *exercit. 2. & 256.* ac Etymologiæ ipsorum proprietatem rei ostendant. *sec. Nicol. Everhard. in Topic. legalib. loc. ab etymolog. n. 2.* Waremund. ab Ehrenberg *lib. 1. medit. pro fœderib. c. 3. n. 3.* Sichard. *in Logic. Jurid. loc. 11. ab Etymol. n. 3.* Unde non Philosophis tantum, ac Philologis teste Beckmann. *de Orig. L. L. p. 12.* & Frideric. Taubman. *in disert. lat. lingv.* Sed & JCris maxime verborum curiosa scrutatio solennis fuit, ut illius rei documentum præbet Ulpian. *in l. 1. in pr. ff. de J. & J.* Julianus *in l. ita vulneratus 51. in princ. ff. ad L. Aquil.* Paulus *in l. Senatus 35. §. 1. de mort. caus. donat.* Justinianus *in princ. Inst. de Testam. & qui non?*

2. Unde verò Torneamenti descendat vocabulum, non una omnibus mens est. Rudolphum Cuspinianum, si consulamus, *de origine Festor. p. m. 168.* is in appendice ad ludos Romanorum, postquam Trojæ ludicrum, s. Trojanos ludos ita descripsisset, quod omnium in Romana Rep. fuerint antiquissimi, ab Aescanio Æneæ filio in Italiam translatis, & in circo (unde & Suetonio *in Tiberio Circenses dicti*) à pueris majoribus & minoribus turmatim congregentibus editi, multisque id ex Cornel. Tacito, Sue-

tonio in Jul. Cæsare, Augusto & Tiberio, Dione *lib. 43. de ludis Cæsaris.* ut & Virgilio *lib. 5. Æneid.* in eam rem adductis prolixè satis illustrasset, ab hoc genere Indorum Torniamenta Germanorum, quasi dicas Trojamenta, Germanice Thurnier originem sumpsisse asserit, ut in quibus ad eundem modum hastis, aliisque armis decertetur, non tamen à pueris solum, sed viris quoque, nec aperto capite coronatoque, ut Trojæ in ludicro, sed caside tecto. Haftenus ille: cui cum Blondino *lib. 2. Rome triumph.* Dione *lib. 43.* Petro Albino in der Meißnischen Land. Chronica *tit. 10. pag. 113. §.* Es ist auch zu merken. calculum adjicere voluit Jos. Nolden in tract. de Nobilit. Statu civil. *c. 7. thes. 62.* & alii quidam.

3. Wehnerus in observat. pract. verb. Thurnier *p. m. 632. col. 1.* à Tyronibus deducit, quod veteres Tyrones dixerint pro militibus, Unde Alemannis Thorner tyronium, corruptè pro tyrocinium, h. e. ludo equestri, vel militari dictum, indeque barbaros formasse Torneamentum, Turnieren/ pro velitari, & in armis militarem in morem, modumque sese exercere; cujus equidem opinionis antesignanum habuit Goldastum, rerum aliàs Imperii Romano-Germanici peritissimum *tom. 1. part. 1. Rerum Alemann. c. 9. fol. 221.* quibus & ante adstipulatos video Crusium *lib. 4. Annal. Suevicor. part. 2. cap. 1. p. 100.* cum Othon. Frising. *1. Frid. Barbarosf. 17.*

4. Neutra tamen, quod pace tantorum virorum dictum sit. placet originatio, idque per ea, quæ Cl. tradit Limnæus *lib. 6. Juris Publ. c. 5. n. 2. & seq. & n. 6. & seq.* quin potius Torneamenti vocabulum Italiæ suos debere natales conjecturare licebit. Cum eodem *d. c. 5. n. 5.* Illis enim Torniamento, vel Torneamento, è giostra, che si fà festeggiando secund. Hieronym. Victor. *nella terza parte del Tesoro delle tre lingue Italiana, Francese, e Spagnuola;* ut & Gallis Tournoyement dicitur, qui est l' action, & exercice de Tournoy, ludicra palæstræ dimicatio vel simulatæ gladiaturæ velitatio, prout vertit Le P. Philibert Monnet, *dans son Abbrégé du parallele des langues Françoise & Latine:* Inde & Latinis, licet minus latinè, Torneamentum dictum, & Germanis, ein Thurnieren id

id quod rectius ein Adeliges Ritterspiel efferre liceret, qualia & apud non infimæ classis auctores plura reperiuntur vocabula origine quidem vel Gallica, vel Italica, usu tamen longinquo latinâ civitate donata, qualia sunt, felonia, feudum, Parlamentum, arrestum & ejusmodi alia.

5. Rem ipsam quod spectat, non inconcinna Limnæi videtur descriptio, quando Torneamenta dicit esse ludos equestres ab Henrico Aucupe primum introductos, certisque legibus confirmatos, ut Nobilitas Germaniæ condignis jamdudum exercitiis exulta, & his quoque ad bella aptior redderetur, ac in hostilibus præliis victrix & vitiorum triumphatrix existeret *d. lib. 6. f. P. c. 5. num. 9.* Brevioribus cancellis fortè ita delineari poterit: Torneamenta ludos esse Nobilium equestres, exercendæ virtutis bellicæ, ac honestæ recreationis gratiâ institutos.

6. Ludos esse, nemo qui de Torneamentis mentionem injecit vel minimam saltem, unquam negare voluit. Ita enim Ruxnerus in præfat. des Thurnierbuchs de Henrico Imperatore Augustissimo vmb des willen / daß Sie / ic. gedachte er ein Thurnier vnd frembd Ritterspiel anzurichten / ic. atque eo nomine Historicis, Chronologis, Jctis, Imperatoribus, ac ipsis etiam Pontificibus veniunt, ut ex C. 1. & 2. X. de torneament. & Extravag. Iohannis XXII. c. un. d. tit. aperte constat, & pluribus ea de re in sect. ult. dicendi locus erit. Quò maximè & illud spectat, quod de armis in ejusmodi exercitiis permisis habetur apud Ruxnerum. fol. 21. sub rubr. Unterricht vom Thurnierzeug ib. Es soll auch aller sein Thurnierzeug zugericht seyn / dem andern allen ohn Schaden / also daß er nichts daran habe / das weder steche noch schneide ic. Neque enim seriam hostium aciem, sed generosam amicorum exercitationem continere ludi isti debebant. Et si quid ex accidenti contigit interdum, id rei substantiam mutare nullo modo potuit. His & Limn. addi poterit in addit. ad d. c. 5. lib. 6. n. 233. tom. 4. Equestres verò dum diximus, rem notissimam pariter indigitamus; Sive quod Equitum sint proprii, s. Nobili (quamvis Romanos Equites medium inter patritios & plebejos locum tenuisse, & ob id an Nobilibus accensendi à se quæsitum tradat Tiraquell. de Nobilit. c. 34. num. 164. Id quod Germanorum jure

ac



ac instituto, five generalem vocabuli usum, five specialem ejusdem intellectum perpendas dubio penitus nulli obnoxium est, per ea quæ tradit Linnaeus de J. P. Lib. 6. c. 2. n. 2. & 3.) five quod equis in arenam descenderint, quibus interesse ejusmodi ludi jus erat, nec pedestri congressu exercitia ista expedita fuerint; cum Nobilibus maximè conveniat equus, ut quibus soli apud Parthos & Persas vehebantur, plebeji minime, teste Justin. Lib. 41. & Tiracquello d. tr. c. 20. n. 77. Unde & viro Nobili convenire magis ut eques congregiatur, quam ut Mercenariorum peditum more prodeat, testatur Alciatus tr. de singulari certam. qu. 39. num. 7. & antecedentes abhinc annos solos in Germania & Italia militasse Nobiles, soloque fere equitatu constitisse exercitum, quod præsumptio esset, Nobiles in equestri potissimum militiâ prævalere Belsold. notat. lib. 1. Polit. 11. num. 45. & ex Bart. de Saxoferrato tr. de testib. n. 92. & Thom. Lansf. de Ordin. equestr. th. 1. in fin. idem observat Nolden de Nobil. civit. th. 27. ubi addit, quod adhuc Nobiles die Ritterschafft vocentur, & in illustrationibus seu armorum exercitationibus, bey den Musteringen / equis comparere debeant, sec. Knichen de J. territor. cap. 3. n. 366. inde remansisse. Utrumque igitur causam huic denominationi dedisse verisimile videtur: imò extra dubitationis aleam omninò ponendum est.

7. Sed numquid etiam pedestria quædam Torneamenta observare dabitur? Ita sane affirmabit quispiam, cui forte incognita non erunt ea, quæ tradit author desß Thurnierbuchs / oder der warhafftigen eigentlichen Beschreibungen aller Kurzweil vnd Ritterspiel / quæ à Serenissimo Maximiliano, Rege Bohemiæ, Archiduce Austriæ, &c. in honorem invictissimi Rom. Imp. Ferdinandi Viennæ zu Ross vnd Fuß / auff Wasser vnd Land Anno 15. angestellet vnd gehalten worden / ubi inter alia fol. 2. d. 28. Maji à tribus Præconibus vel Ehrenholdis in aula Cæsarea Pedestris Torneamenti publicationem adjunctis, decem illius certaminis legibus, solenniter factam, ipsumque Torneamentum illud d. 12. Junii solennissimo ritu peractum fol. 7. & seqq. prolixè refert. Nec mihi sane refragari potero ipse, cui proximè præterito quædam viximus anno, in Serenissimi Potentissimique Electoris Saxonie aula, in festivitate nuptiali Serenissimorum Christiani & Mauritiæ

Saxoniarum Ducum, mense Decemb. heroica ejusmodi catadromia his oculis usurpare licuit, famæ rubâ ista omnia æternitatis cedro dignissima, jam pridem longe, lateque immortalis cum laude propagante. Et si quæ & alia fortè occurrere talia possunt. Cum tamen, si primam Torneamentorum spectes originem, nullus pedestrium per aliquot secula fuerit usus, & posterioribus demum temporibus, incerto authore equestribus addita deprehendantur, ac ad imitationem illorum procul dubio introducta & efficta fuerint, imò privata potius hujus vel illius Principis, quam publica totius Imperii nominari queant, à principali vero vel potiori denominationem fieri debere constet, *l. 1. in pr. ibi Gl. & Jason n. 2. ff. de V. O. l. imperium 3. ff. de Jurisd. omn. judic. Felin in rubr. X. de Offic. delegat. Tiraquel. de retr. lign. §. 30. gl. 1. n. 15.* hinc nihil procul dubio obstabit, quò minùs torneamenta equestres esse ludos recte dixerimus.

8. Natales autem in Germaniâ suos Inviçtissimo Imperatori Henrico debent Aucupi, tot victoriis tot triumphis clarissimo; qui Dux ante Saxonum, post Conradum Imp. (qui missis eidem ante mortem scepro, coronâ & cæteris ornamentis, Proceres Imperii ad electionem illius adhortatus fuerat, post Sigeb. Schaff. Ursp. teste Bucholzero in *Ind. Chronolog.*) ab Anno Christi 920. ad annum usque illius seculi 36. summa rerum in Imper. Rom. potitus est. Hic cum & ante eum ab Ungaris, Vandalis, Obotritis, & id genus populis, Alemannia, Thuringia, Saxonia aliâq; in Germania terrâ, immani vastatione sæpius fuissent percursatâ, injuriis ejusmodi & calamitatibus commotus, Christianos quosque Proceres adversus infideles & crudelissimas istas gentes in arma concitaverat. Venerant quoque promptissimis animis & copiis instructi selectissimis Duces Comitesque generosi quamplurimi, bellatores & ab Episcopis missi erant, & à Civitatibus; innumerus quoque Nobilium numerus in hanc expeditionem profecti, quo tanto exercitu, in quo summa animorum contra hostes alacritas erat, hi maximâ clade devicti, & in sedes suas repulsi sunt. Inde factum igitur, ut Cæsar Henricus, recreandæ delectatione quadam honesta, & honorandæ Germanicæ Nobilitatis causâ, ludos & decursiones Equestres ad Gal-

B

lorum

lorum Britannorumque imitationem instituere in animam indu-
xerit, quod unanimi ore fatentur omnes, Ruxner. im Thurnier-
buch fol. 7. b. ib. Als nun das böse vnChristliche Volk; Crus. in
Annal. Suev. lib. 3. p. 2. fol. 100. Petr. Albin. in der Meißnischen
Land-Chronica tit. 10. p. 130. §. Es ist auch zu mercken. Cyriac.
Spangenberg in der Sachf. Chronica c. 125. p. 174. Bucholzer. in
Ind. Chronol. Calvis. in opere Chronol. & communiter omnes.

9. Quid eundem ad hoc impulerit, modo indigitavimus,
& prolixius Ruxner. d. loc. Vmb desß willen / daß sie so gehorsam-
lich erschienen waren / auch so ehrlich vnd Ritterlich an Ihm vnd
dem Röm: Reich gehandelt hatten / hielt Er ihnen einen ehrlichen
Hof mit allerhand Ritterspiel vnd Seitenspiel / &c. Das alles aber
dem Rånser ihrem Verdienst nach bedaucht zu wenig zu seyn / vnd
vermeinte seinen werthen Gästen noch mehr Kurtzweil zu machen /
vnd gedacht einen Thurnier vnd frembd Ritterspiel anzurichten &c.
Ut sc. qui gloriosissime in armis pro Imperatore patriaque stete-
rant, honestâ hac recreatione, & additis insuper honoribus pu-
blicis, ad armorum ac publicæ salutis studium inflammarentur,
cum amara per se virtus absque gloriâ, dicente Sallust. Orat. 2. ad
Jul. Cesar. de Rep. ordin. ac labor ingratus quem debita præmia
fallunt. Ovven in Epigramm. Donis econtra atque gratiis, An-
chor. in Clem. un. §. nos itaq; in fin. de reliqu. & venerat. sanctor.
blandimentis & honoribus c. qui sincera 45. dist. 1. qu. 2. ac mune-
ribus, ad bonum quis inviætur Casan. in Catalog. glor. mundi part.
1. confid. 10. in fin. Nolden. d. tr. de Nobilit. th. 57. Et hac de re in-
frâ sect. 6. dicendi locus erit.

10. In quem porro annum prima Torneamentorum in-
ciderit institutio, non satis liquet. Ruxner. d. loc. fol. 20. Magde-
burgi primum omnium Anno Christi 938. celebratum fuisse con-
tendit: cui adstipulatur Goldastus in den Reichsstatzungen pag. 4.
& Munsterus in Cosmograph. lib. 3. de German. c. 454. p. 1519 item
August. Vischer in tract. jur. duellit. Univ. part. 1. de duello provis.
p. 469. Alii Annum eidem adsignant 935. quod facit Spangenberg
in der Mansfeldischen Chron. c. 127. pag. 179. Michel Sachse in
der Rånser-Chron. in vita Henrici Aucupis. Albin. in der Meißnisch.
Chron. tit. 10. p. 113. Crus. it. in Annal. Suevic. lib. 4. part. 2. cap. 1.
& Seth.

& Seth. Calvis. in *Opere Chronolog.* A. M. 4884. p. m. 583. quibus & nos in re, obscurâ satis aliàs, lubentius subscribimus, quod communi Historicorum ac Chronologicorum calculo Anno Christi 936. Henricum fati jam concessisse, proditum reperiamus, id quod & Spangemb. animadvertit & Crusius *dd. loc.* Quod si enim eo quem diximus anno mortalium numero jam exemptus fuit Imperator Gloriosissimus, ac illuc seceserat unde negant redire quenquam, qui biennio post Magdeburgi primo interesse Torneamento potuit? Ac si conjecturis locus est (ut in ejusmodi talibus nemo sanus easdem forte excluserit) cum Johannes Stumphius Anno Chr. 938. Sævicæ Nobilitatis equestre exercitium Constantiæ actum fuisse tradiderit, *lib. 5. Chron. Helvet. c. 10.* notante Crusio *d. p. 103.* inde fortè Ruxnero erroris orta occasio, ut dum hoc ipsum legendo animadvertit equidem, tempora tamen exactiùs non perpendit, neglectâ loci etiam accuratiori notâ, cum eo quod Magdeburgi primò quidem fuit institutum, triennio tamen antè ab ipso Imperatore Inuictiss. indictum (humanitatis & in eo aliquid passus,) confuderit. Nec audacior alicui censura hæc videri poterit, qui fidem non denegabit Joh. Gulen. in *descript. Hist. Rhetie lib. 8. p. 105.* ubi contendit, daß von Ruxnero außgelassen ein Thurnier zu Nürnberg / da Herz Dietrich von Stauff zu Ehrenfels Ritter einen Danck hatt / vnd seinen Thurnier außgeschrieben im 1242. Jahre / daß also vielleicht noch mehr mögen gehalten worden seyn / die in Ruxners Erfahrung niemals kommen: citante ac adstipulante eidem, imò & pluribus confirmante Limn. *de J. P. d. lib. 6. c. 5. n. 13.* Ruxneri verò errorem & alii errarunt, qui ut supra diximus vestigia illius secuti sunt: ut de numero etiam Torneamentorum, quæ communiter à prædictis authoribus enumerantur triginta sex, nihil certi hac ratione affirmare liceat.

II. Quod superest de eo vix dubitare licebit, Henricum Imperatorem, ut ex descriptione superiori patet, exercitia ista equestria primitùs in Germaniam introduxisse. Ita namq; Ruxnerus in *prefat. des Thurnierbuchs fol. 7. b. & 8. a.* Vnd gedachte etn Thurnier vnd frembd Ritterspiel anzurichten / da er selbst mit einreiten vud thurnieren wolte / dieweil dem Adel in Hochdeutschen

London vnd im Reiche solches noch unbekand war; aber in Gallia/ Engeland vnd Britannien auch derselbigen Orte mehrmals geübet vnd gebraucht / 2c. Cui adstipulatur Simon Majolus *part. 2. dier. canicular. colloq. 6. pag. 496. & Crus. d. p. 2. Annal. Suevic. lib. 4. p. 100.* ubi Henrici tempore hoc genus ludorum & in aliis terris usitatum fuisse, & Hoigerum quendam cognomento Ruffum, primum ex familia Comitum Mansfeldensium, tabulæ rotundæ participem, in Arturi Britannia Regis aulâ equestris ordinis virum, in ejusmodi certaminibus præclara edidisse specimina notat. Nec exercitia varia, quâ virtutis, quâ honestæ recreationis causâ instituta, ante Henricum Germanis, ut reliquis etiam gentibus vel antiquissimis, in usu fuisse diffitemur, quod infra sect. 6. planum facere conabimur; talia autem, quæ primus ille tunc instituit, Germanis nunquam ante fuisse solemnia, nemo fortè cum ratione inficias ire poterit.

12. Nec cæco ea introducta impetu quis sibi persuadeat, cum consilio potius cum Imperii Proceribus habito, certis legum cancellis res omnis probè ante circumscripta, quam in arenam producta fuerit. Ita namque Ruxnerus & Crusius *dd. loc.* Confiliarios ab Imperatore tres, à Palatino Conrado, Hermanno Suevo, Berchtoldo Bavaro, & Francone Conrado, singulis totidem, singulari delectu constitutos, qui quâ ratione introduci ritè ludi ejusmodi possent, in medium consulerent. Factum tandem adscito in consilium Magistro Philippo, qui à secretis Imperatori tum temporis erat, viro peregrinationibus, multoque rerum usu & experienciâ clarissimo, ut duodecim primùm legibus, Torneamentorum jura circumscriberentur, post & aliæ ejusdem operâ accederent constitutiones, quas apud Ruxnerum, Crusium, Goldastum, Spangenberg, & post illos *Limn. d. lib. 6. c. 5. n. 14. & seqq.* videre est, & quæ porro tractandi materiam nobis abundè suppetent.

SECTIO II.

Quibus illa instituere permisum.

13. **P**Ræmissis itaque generalioribus istis, ut penitiùs rem cognoscamus, per partes eandem examinemus oportet.

Ita

433

Ita enim ordo postulat. Ubi primò omnium eorum nobis occurrit consideratio, quibus vel à prima rei origine Torneamentorum indicendorum jus competiit, aut hodiè etiamnum competere possit. Illud ex eo, quod Historicorum fide hac de re relictum traditumque nobis est, faciliùs expeditu videtur; hoc verò non unis difficultatum anfractibus obnoxium. Experiundæ tamen vires sunt, quantum in hâc bonæ mentis palæstrâ, in quâ nunc versamur, præeunte temporum statu, ac juris moderni face nobis integrum erit. A primis itaq; Torneamentorum incunabulis, quæ in Germaniâ nostrâ iis contigêre, supraque delineata sunt, jus illud habuisse deprehendimus primò quidem omnium Imperatorem ipsum: tum Principes quosdam Imperii, quibus hoc speciali jure datum erat: Tum Torneamentorum Præfectos *die Thurniervögte oder Thurnierkönige*/ tandemque Rheni, Franconia, Bavaria, Sveviæque Nobiles; uti ex Ruxnero colligit traditque *Limn. d. tr. c. 5. lib. 6. n. 23. & seqq.*

14. Imperatorem ipsum quod spectat, de eo sanè absque sacrilegii crimine dubitare non liceret, ut in quo & jura resident omnia, & ab eo tanquam capite ac perenni fonte in inferiores quoslibet emanant, ac derivantur. Hinc & Oceano eundem comparari nemo ignorat, à quo jura privilegiaque omnia & fluunt, & ad eundem refluxunt. *Menoch. lib. 1. consil. 2. n. 7. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 1. n. 7. Matth. Stephan. lib. 1. c. 1. n. 83. c. 2. n. 26. Knichen de Sax. non provoc. jur. vers. Ducum Saxon. c. 1. n. 3. & 4. Paurmeist. lib. 2. & 4. n. 22. & seq. & Dd. communiter, quique, dum jura aut jurisdictionem inferioribus per collationem concessionemve tribuit, semper sibi, & in dubio, eandem, vel majorem etiam, retinuisse potestatem censentur, per tradita Menoch. lib. 2. presunt. 18. n. 1. Myns. cent. 6. obs. 99. n. 2. & 3. Gilhaus. part. 1. arbor. jud. c. 1. n. 1. Coler. de P. E. part. 2. c. 1. n. 127. & seq. Zanger. de except. part. 2. c. 1. n. 65. & aliorum, licet privilegii loco, aut titulo etiam oneroso jura quædam concesserit. Zanger. d. num. 65. per c. dubium 13. §. his igitur. De præbend. in 6. & Petrus Heig. part. 1. qu. 9. n. 21. Licet itaque vel singularis privilegii nomine, quibusdam Imperii Principibus, ut infra dicetur, & aliis quibusdam instituendorum Torneamentorum jus clementissimè*

concesum fuerit, idem tamen in eminentiori gradu penes ipsum Imperatorem Inuictissimum, Successoresque illius remansisse in propatulo est; cumque primam quidem Magdeburgi ab ipso Henrico Aucupe, Anno, quem diximus 935. Sextum (ut Ruxneri fert calculus) à Conrado II. Anno Chr. 1019. Septimum ab Henrico III. Anno 1042. duodecimum item ab Henrico VI. Imperatoribus Anno Chr. 1191. institutum habitumque fuerit, in re notâ facem soli appendere, turpe omnino foret & ridiculum.

15. Ab Imperatore secundo loco jus illud quatuor potissimum Imperii Principibus singulari privilegio tributum, ac in feudum simul concessum tradit Ruxnerus Conrado sc. Palatino, Hermanno Suevo, Berchtoldo Bavaro & Franconi Conrado, quos supra exercitiis hisce equestribus, singulos singulas leges, ex Imperatorio jussu tulisse thes. 12. diximus, & sequenti sect. porro dicemus. Ita enim ille pag. m. 29. b. & seq. a. Als aber auff dem Frentag vnd Sambstag die Gäste begehrt abzuscheiden/ giengen sie zuvor zum Röm: Kays: vnd baten Erlaubnuß/ besonders die vier Fürsten / vnd als die Obersten Hauptleute / rebaten vnd begehrt darauff an die Röm: Kays: Maj: auff's vnterthänigst / daß Ihre Majestet ihnen Bieren (Limn. d. l. n. 24. duos tantum ponit, Palatinum sc. Rheni, & Ducem Franconiæ) solche Thurniers-Freyheit vnd Gerechtigkeit wolte bestättigen / vnd sie damit begnaden / als Oberste Thurniervögte vnd Richter des Thurniers in den vier Landen / so wolten sie vnd ihre Nachkommen mit andern ihren Fürstlichen Lehen vnd Regalien solch Ampt empfangen / vnd von Ihrer Maj. als des H. Reichs wegen zu Lehn tragen / allem Adel Deutscher Nation zu Ehren / Lob vnd Nutz / welches ihnen der Kays: gantz willig vnd gern gab / belehnet sie auch darmit / für sie / alle ihre Erben vnd Nachkommen / mit hoher Dancksagung / daß sie Ihm vnd dem heiligen Reiche mit ihrem Gehorsam zu Hülffe vnd Ehren erschienen wären. At num ex reliquis Imperii Principibus quatuor illis tantum? Ita tradunt communiter omnes, cujus equidem rei ratio exinde procul dubio dari poterit, quod Crusius d. lib. 4. part. 2. c. 1. fol. 101. tradit, tum temporis omnem Germaniam in nationem Palatinam, Suevicam, Bavaricam & Franconicam fuisse divisam, cæterosque po-

425

populos sub his contentos. Ut itaque posteriorum temporum
distributione in sex primum, postea vero decem circulos, de qua
im N. A. zu Cölln de Anno 1512. S. Item sollen die vier Ehrfür-
sten/ ibi, vnd sollen die sechs Circel hiebevord auff dem Reichstag
zu Augspurg verordnet/ 2c. Thuan. lib. 2. Histor. non procul à pr.
Matth. Wehner. in Obser pract. verb. Stände des Reichs. Rein-
king. de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. clasf. 3. c. 2. & alii, hoc simul
constitutum est, ut quilibet circulus Ducem sibi eligere potuerit,
einen Obersten/ uti auß der Erklärung des Landfriedens zu Nürn-
berg de Anno 1522. notat Limn. d. tract. de J. P. lib. 1. c. 1. n. 32. &
seqq. ita & supra nominatos quatuor Principes primores Natio-
num istarum fuisse, non inani forte conjectura affirmare licebit,
cum nihil aliàs cetti haftenus hac de re novisse datum fuerit.

16. Idem indicendorum Torneamentorum jus tertio &
Præfectis horum ludorum competiisse constat, den Thurnier-
vögten oder Thurnierföntgen/ quos ab ipsis electos Principibus
Ruxnerus notat, ad hoc ut ipsorum vice in indicendis hisce cer-
taminibus fungerentur: constitutusq; tum à Rheni Palatino Me-
nolphus Dn. Erbachii; à Sueviæ Duce Carolus, Dominus Ho-
henhewensis; à Bavaro Gregorius, Dominus Wolffhantshusæ;
& Franconiæ Duce, Ernestus Grunbachius Eques auratus. Crus.
item d. c. 1. lib. 4. part. pag. 102. His tamen feudi nomine idem ju-
ris competiisse vix dici poterit, cum nulla ejus rei vestigia appa-
reant, sed novos potius ejusmodi Præfectos, ex quatuor illis Re-
gionibus, absolutis certaminibus singulis, electos fuisse non ob-
scure deprehendere liceat, ex Ruxnero fol. 26. b. Vnter dem er-
sten Thurnier / ibi, Also sieng man an zu dantzgen / vnd die Däncke
außzugeben/ vnd gab man den vier newerwehlten Thur-
niervögten die ersten Danck / qui ibidem suo ordine denomi-
nantur. Alios insuper in aliis torneamentis quam proximè subse-
quentibus etiam præfectos fuisse, ex Ruxneri relatione notum
est, quem suo jure reprehendit Limn. d. c. 5. n. 27. quod in descri-
ptione eorundem postea mutus magis quam piscis fuerit; ut
hinc de iisdem certi quid affirmare amplius nec nobis jam sit in-
tegrum.

17. Tan-

17. Tandem & Nobilium in quatuor istis Regionibus Or-
dini, seu collegio instituere ac indicere equestria hæc exercitia
permisum patet. Ita namq; decimum tertium Anno Chr. 1209.
Wormatiæ ad Rhenum ab Equitibus Rheni, decimum quartum
Anno Chr. 1235. Wurtzburgi ad Mænum à Franconiæ equitibus,
& reliqua quæ ordine sequuntur ad vigesimum usq; sextum ab his
& reliquis: vigesimum octavum ad ultimum usq; (quod trigesi-
mum sextum Wormatiæ ad Rhenum An. Chr. 1487. celebratum
esse vult Ruxner. fol. 232. August. Vischer de duello part. 1. pag. 472.
Simon Majol. d. part. 2. dier. canicul. coll. 6. p. 498. & alii commu-
niter) ab iisdem instituta fuisse memoriæ proditum deprehendi-
mus. Quo tamen jure hoc ab iis factum, non usque adeo liquet.
Neq; enim ejusmodi Regalia huic Nobilium corpori ab invictis-
simo Imperatore pariter in feudum concessa fuisse, ullibi hæc-
tenus animadvertere licuit, ut inde Principum suorum permisum
hoc fecisse non levis conjectura sit. Facere huc inter alia poterit
& illud, quod in nono, quod Gottingæ à Comite Supplingiburgi
habitum fuit, torneamento, protestando contra Saxones quatuor
istarum nationum Deputati quos vocant, tertio loco proposuere,
Es sey nemlich ihnen / den Sachsen / gut zu wissen / mit was Frey-
heit Kaysers Heinrich Ihre / der vier Landen / Fürsten / nes-
bens andern ihren Fürstlichen Lehen vnd Regalien
die Thurniers. Freyheit geliehen / vnd sie damit begabt / derer ihre
Eltern vnd sie / die vier Landen / sich biß daher vngesährzt aller-
männiglichs gebraucht hätten / uti notat Ruxnerus d. loc. fol. 73.
& ex illo Limnæus d. cap. 5. n. 25. Inde enim sic argumentantur,
cum quatuor illarum Regionum Principibus inter cætera feuda
ac regalia hæc torneamentorum jura à Cæsareâ Majestate cle-
mentissimè concessa fuerint, ideo sibi hæcenus solis, exclusis
Saxonibus, iisdem interessendi jus fuisse; Ut itaque Principum
suorum jura pro se quisque in medium tum protulit, ita iis-
dem in indictionibus horum certaminum, quæ subsequentibus
temporibus facta sunt, usos fuisse quatuor istarum Provincia-
rum Equites, ab indubiâ asseratione prope est. Licet enim
Regalia alicui concessa, alii cuiquam absque concedentis con-
sensu tribui non posse Dd. velint communiter, per ea quæ
tradit

436

tradit Peregrin, de J. Fisci c. 1. n. 201. cum allegatis ibidem, Bocer. de Regalibus c. 4. n. 14. Socin. lib. 3. consil. 7. & alii; nec hic de Imperatoris consensu speciali quicquam affirmare liceat; verisimile tamen est uti reliqua horum Principum regalia territoriis ac regionibus illorum fuere connexa, quæ alteri concedi ac in feudum etiã dari posse, post Oldradum consil. 252. & Br. in l. 1. §. cum urbem n. 5. ff. de offic. Præf. Urbi notat Schrader. de feud. part. 4. c. 1. n. 54. & seqq. ita pari ratione & hæc torneamentorum jura ipsis cohæsisse regionibus; cui rei & illud argumento esse poterit, quod frequentissima *der vier Landen* apud Ruxnerum mentio fiat; cujus fidem quamvis multi sublestam in multis facere velint, tamdiu tamen sequamur oportet, donec certius quid ab aliis in medium proferatur.

18. Et hæc torneamentorum constituendorum, aut indicendorum ratio antiquis quidem temporibus fuit. Quibus verò hodiè idem juris competat, non usque adeò expeditum est. De Imperatoria sane Majestate quis hæsitare audeat, quem omnium omnino jurium oceanum, ex quo ea fluere, & refluere ad eundem jam supra diximus ex Menoch. lib. 1. consil. 2. n. 7. & Gilhausen part. 1. arb. jud. c. 1. n. 1. Atq; hæc si ulli vera sunt, ut nunquam vera esse non possunt, in hac ipsa horum certaminum materia verissima esse, facile quis dixerit. Dum etenim per annos nunc fere ducentos, Principes illi, quibus à Majoribus illorum de manu in manum tradita fuere, juribus hisce plane usi non sunt (nec enim à quopiam Principum universale ejusmodi per Germaniam indictum fuisse certamen ullibi constat) ad Imperatorem præscriptionis titulo reversa eadem, quis fortè opinari poterit, nisi in investituræ renovatione denuò successoribus illorum tributa sint, & adhuc tribuantur, ubi non usus tanta haberi ratio non poterit; quod equidem nos in medio relinquimus. Sane si novâ constitutione Imperiali forte opus sit, cui magis post Imperatorem hæc hodie competere jura poterunt, quam Imperii Electoribus, ac secularibus potissimum? Ut qui licet Reges non sint, Regibus tamen æquiparantur, Wahrem. ab Ehrenberg lib. de fœderib. c. 2. n. 147. Moller. lib. 1. Semestr. c. 40. n. 4. Heig part. 1. q. 4. n. 51. quorumque dignitas & autho-
C ritas,

ritas, (ut alia quæ huc maxime facere, ratione ipsorum territo-
riorum & antiquorum jurium, possent, sicco pede præteream)
mit eines Röm. Kaysers Gewalt vnd Hohett/ daher die Ihre auch
fließt / dermassen verbunden / daß eine ohne die andere nicht beste-
hen kan/ uri ex decreto quodam Cæsareo d. 27. Julii 1590. refert
Bruning. *de variis Univ. specieb. th. 19. lit. a.* quique Imperii de-
cus, columnæ & latera in A. B. Caroli IV. *c. ult. & c. 24. §. 1.*
palmites Imperiales & columnæ, quæ sacrum ædificium circum-
spectæ prudentiæ pietate sustentant *d. A. B. in pr. & c. 3. §. 1.* imo
membra corporis Imperatoris *c. 24.* jure suo audiunt. Sed in
ejusmodi talibus nos manum de tabulâ absque ulteriori inquisi-
tione, religiosè abstinemus.

SECTIO III.

Torneamentorum qui jure capaces.

19. **A**Tque sic de iis hætenus, quibus indicendorum tornea-
mentorum jus esse possit; nunc quibus iudici, aut qui
interesse illis potuerint ut videamus æquum erit. Ludos vero
dum Nobilium diximus equestres, rem totam verbo expeditam
dedimus. Soli enim horum exercitiorum capaces Nobiles sunt;
quorum aut nominis aut rei definitionem prolixius examinare
vix opus erit, dum jam alios hac in re egregiam navasse operam
satis superq; constat. Sufficiat Nobilem nobis, remotis alio-
rum derivationibus, de quibus videre licet Cassan. *in Catal. glor.*
mun. part. 8. confid. 32. Felicem Malleol. *in dialog. de Nob. & ru-*
stic. c. 7. Bl. *in l. per ad optionem. lect. 1. n. 2. ff. de adoption.* Fri-
deric. Pruckman. *consil. 2. n. 439.* Parid. de Puteo *tr. de re milit.*
lib. 7. qv. 1. n. 24. & alios, à noscendo dici, quasi noscibilem, cum
Andr. Tiraquel. *de Nobil. c. 2. n. 3.* Cassan *d. tr. part. 8. confid. 2.*
Frider. Sonsbec *de Feud. part. 7. n. 20.* Petro Fritzen. *de Nobil. civ.*
concl. 1. lit. c. & c. Qui enim nobilitatem habent, i. e. dignita-
tem illam, quæ plebejum beneficio Principis, vel legis per gra-
dus legitimè erigit, (uti definitur Nolden. *d. tr. de Nobil. civil. §. 7.*
post Aequin. Baron. *lib. 3. de Nobil. c. 2.* Paurmeist. *lib. 1. de Jurisd.*
c. 29. n. 9. Mascard. *de probat. conclus. 1094. n. 6. vol. 2.* & alios)
illos

437

illos complures norunt, s. præ cæteris laude sunt conspicui atq; noscibiles. *Limn. de J. P. d. lib. 6. c. 1. n. 5.* De quibus authores modo dicti prolixius, & Tiraquellus imprimis, quamplurima eruditè congescit, Hos itaque verum atque unicum Torneamentorum esse subjectum, ex omni historia, quam hac de re tradidit Ruxnerus, hinc inde satis patet. Ita enim ille *in præfat. statim des Turnierbuchs fol. 7. b.* Also behielt der Kayser bey ihm die Fürsten / und alle Herrschafft von Adel von deutschen und welschen Landen / und umb des willen / daß sie so gehorsamlich erschienen wären / auch so ehrlich und ritterlich an ihm und dem heiligen Reiche gehandelt hatten / hielt er ihnen einen ehrlichen Hoff / Und vermeinte seinen werthen Gästen noch mehr Kurtzweil zu machen. Eodemque modo *Crusius d. part. 2. Annal. Svevic. fol. 100.* Hinc igitur factum, inquit, ut Cæsar Henricus recreandæ & honorandæ Germanicæ Nobilitatis causâ, à quâ strenuè in debellandis Barbaris adjutus fuerat &c. ludos & decursiones equestres instituerit. Apparet idem & ex duodecim illis legibus, quibus ludi hi equestres à primâ statim institutione muniti sunt: singularum enim principium semper tale est: Alle die so rittermâssig vom Adel gebohren und herkommen sind &c. Et in prima torneamenti lege, quæ ab ipso imperiali culmine profecta est, wolte aber einer über solch Verbrechen darein reiten / in Meinung zu genüssen Adlicher tugendlicher Wercke / und Gethaten seiner Vor-Eltern / und derer Herkommens &c. qua de re & infra thes. 32. in tantum ut plebeji ab ejusmodi exercitiis penitus reperiantur exclusi, inde & torneamenta, ein Adliches Ritterspiel vocari passim consueverunt.

20. Cum vero Nobiles in duplici sint differentiâ, quidam *Titulares*, qui speciali aliquo nobilitatis titulo præfulgent, quales sunt Imperator, Rex, Dux Princeps, Marchio, Comes &c. uti ab Huberto Miræo *in præfat. tract. de orig. equest. dign.* ita dictos notat *Limn. d. c. 5. lib. 6. n. 43.* cui adstipulatur Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 7. n. 59.* Guttirez *lib. 4. præf. qu. 6. n. 7.* Cassan. *n Catal. glor. mund. part. 8. confid. 46.* To. Paurmeister *lib. 2. de Jurisd. c. 11. n. 12.* & Petr de Andlo *lib. 2. de Rom. Imper. c. 13.* quidam non *titulares* s. Nobiles in specie ita dicti, Germanis die von

Adel/ die Edelleute (de cuius vocabuli origine post alios Besold. lib. 1. Polit. 11. §. 6. n. 38. & Reinhardus Comes à Solms/ in Beschreibung des Adels p. 10.) inde prima hic occurrit quæstio; An posteriores illi tantum torneamentorum sint capaces, num priores itidem? Utrosque ad equestres ejusmodi ludos admissos, ex Germanorum instituto verius est, quod Ruxneri historia multis probat, dum qui ex Principum, Comitum ac Baronum ordine cuilibet interfuerint ludo, specificè enarrat: ac in primo Torneamento quod ab Henrico Magdeburgi institutum diximus, ipsum Imper. filiumque illius, cum non exiguo Principum numero præsentem fuisse, & cum aliis decertasse notum est, vide Ruxn. fol. 27. a. Hac tamen adhibitâ differentiâ, daß ein König unter seiner Königlichen Krone / und ein Fürst unter einem Kranze bloßes Hauptes einreiten / thurniren / und anders kein Haupt gedeckt führen sollen. Item/ Daß er keinen Thurnier-Brieff haben/noch in keine Gesellschaft des Thurniers sich geben dürffen. Ruxner. fol. 21. b. sub rubr. Wie man nach dem Thurnier die Thurniers-Brieff geben soll. *qua de re infra sect. 4.*

21. Cæterum generalem regulam rectè constituit Limn. d. c. 5. n. 50. Nobilium omnes ad torneamenta admitti, nisi specialiter reperiantur reprobari. Reprobationis vetò causæ cum sint variæ, inque duodecim illis Torneamentorum legibus, (de quarum occasione ac constitutione Ruxner. d. 11. fol. 10. 11. ad 15. usq.) secundum constituentium ordinem comprehensæ, nos eadem methodo easdem examinabimus, ex quibus qui arceri à generosis ejusmodi exercitiis debeant, satis patefcet. Primam itaque Torneamentorum legem Sacratissimam quem sæpius diximus Imperator, Henricus Auceps, in Principum suorum confesso ipse tulit, quæ Crusii verbis in *Annal. Svevic. p. 2. lib. 4. d. c. 1. fol. 100.* talis est: Nemo nobilium quicquam dicat faciatve contra S. Religionem & 12. fidei articulos. Quod si ausus fuerit & tamen inflatus opinione Nobilitatis septa inierit, ei equus adimitor, & ipse septis ludibrii causâ imponitor. Eandem vernaculâ lingvâ Ruxner. fol. 11. a. ita tradidit: Alle die so rittermâssige von Adel geböhren und Herkommens sind/ die wissentlich handelen oder freventlich thâten/wider den höchsten Schatz der heiligen Dreyfaltigkeit.

feit / und die Christliche Kirche / mit Anrührung des Christlichen Glaubens / es wäre mit frevelen Worten oder Wercken einiger Gethaten / wie das gehandelt würde / daß der mit Recht nicht in den Thurnier reiten sol ; Wolte aber einer über solch Verbrechen darein reiten / in Meinung zu genüssen Adeltlicher tugendlicher Werck und Gethaten seiner Vor. Eltern / und derer Herkommens / seine Bosheit damit zu bedecken / mit dem sol man tu offenen Thurnier / und das Pferd thurniren / und ihn auff die Schrancken setzen.
 Dignissima sane Imperiali fastigio vox ; ex quâ generale monitum , quodq; & reliquis , quæ subsequuntur , legibus commune est , extruamus oportet : Non cum verè nobilem haberi , qui generoso tantum de stemmate ortum trahit , sed qui majorum laudes , longo ordine ac propagationis serie ad se translatas , propriae virtutis studio , & sedulâ vitiorum fugâ illustrare , ac majores reddere conatur. *Cassan in d. catal. glor. mund. part. 8. confid. 28. Alciat. de presumpt. pres. 48. n. 5.* inde enim nobilis quasi virtute noscibilis , ut supra innuimus. Aliàs vero

Stemmata quid faciant , quid prodest , Pontice , longo sanguine censeri , pictosque ostendere vultus majorum , & stantes in curribus Æmilianos ? quis fructus , generis tabulâ jactare capaci famosos equitum cum Dictatore magistros , si coram lepidis malè vivitur ?

Ex numero autem vitiorum omnium , quibus Nobilitatis obfuscantur radii , hæreseos ac impietatis crimen meritò primo loco positum est. Nisi enim quis secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque Doctrinam Patris & Filii & Spiritus S. unam Deitatem sub pari majestate , & sub piâ Trinitate credat , illi ut dementi & vesano jampridem à Gratian. Valentinian. & Theodosio A. A. A. hæretici dogmatis infamia , pientissimo jure irrogata fuit *in l. 1. C. de S. Trin.* omnisq; cum eodem interdicta conversatio , atq; commercium , *l. quicumq; 8. S. nullum 4. C. de herer. & Manich.* imò tantum hæreticorum in jure odium est , ut & receptatores , defensores , & fautores ipsorum *auth. credentes C. d. t.* iisque patrocinium in litibus præbentes , pari infamiâ plectantur. *c. si adversus 11. infan. X. de heret.* Freher. de



fam. & existim. c. 19. n. 6. Cum itaq; infamibus portæ honorum
 minime pateant, imò & expresse hæretici à militia omni arcean-
 tur. d. l. quicumq; s. §. 4. C. d. t. & ibid. Wesenb. in parat. n. 6. inde
 nemo mirabitur, cur nec ad generosa torneamentorum exercitia
 admittere eosdem Piissimus Imperator voluerit. Sed & illi sub
 eadem exclusionis lege censendi sunt, qui verbis factisve, s. joco
 s. seriò prolatis, in divinum numen, Ecclesiam Christianam, & si-
 Apostolicæ Articulos, quocunq; modo sese injurios præstite-
 rint, ut pari ratione omnia pròvocantia DEUM ad iracundiam
 scripta dictave, & pias mentes offendentia, ne ad aures quidem
 hominum venire debere Imp. Theodosius & Valentinianus,
 A. A. jampridem antè, in l. decere 3. §. 1. C. de summe Trinit. pisimè
 constituerant.

22. Legem alteram Palatinus tulit Conradus, Crusii ver-
 bis d. p. 100. Quisquis mandata Imperatoris contempserit, aut
 quicquam adversus Imperium egerit clam, palamvè: arceatur
 à decursione equestri, aut si venerit, publicè in septis infametur:
 Vel ut Ruxner. fol. 11. b. patrio idiomate: Welcher vom Adel ge-
 bohren ist / der wider Kayserl. Majest. Gebot und Verbot / auch
 des H. Röm. Reichs freventlich thäte / und verächelich handelte
 mit Worten / Wercken / heimlich oder öffentlich / der sol in offenem
 Thurnier vor männiglich gestrafft / und mit ihm umb das Pferd
 gethurnteret / er auch selbst auff die Schranken gesetzt werden.
 Rectè Imperatoris subsequitur Majestas, quo post Divinum
 Numen major in terris non reperitur, ut quem mundi dominum
 & leges, & LL. Interpretes hinc inde laudant l. deprecatio 9. ff. de
 L. Rhod. de jact. l. bene à Zenone. 3. circa fin. C. de quadr. præscript. l.
 1. in pr. C. de raptu virg. l. 13. in pr. C. de judic. Nov. 105. c. 2. §. fin.
 Jason. in l. cunctos populos n. 6. C. de sum. Trinit. Br. in l. hostes ff. de
 captiv. & postlim. Hostiens. in c. venerabilem X. de Evict. Wesenb.
 consil. 88. n. 25. ipsiusq; Dei in terris vicarius supremus, Proverb. 8.
 v. 16. Rom. 13. v. 1., imò corporalis mundi Deus rectè audit, Bl.
 consil. 238. lib. 1. & consil. 300. lib. ult. Anton. Gabriel. comm. opin.
 lib. 5. tit. de A. R. conclus. 5. & Ferdin. Vasqu. illustr. quest. 20. in pr.
 Hujus Majestatem si quis impiè læserit, aut in sacrum Imperii
 corpus, cujus ille caput est, nefario ausu quid conatus fuerit, in-
 famis

famis meritò, turpisque habendus fuit, & ab equestribus illis vere Nobilium decursionibus arcendus. Ecquis enim imperiali illum gratiâ, privilegiisque dignum censeat, quem legum vindicta immani fulmine persequitur? de quâ in *S. publica. 3. Inst. de Publ. judic. l. eorum 6. & l. ult. ff. ad L. J. Majest. l. quisquis s. in fin. C. eod. Gomez. tom. 3. variar. resol. c. 2. n. 11. Wefenb. par. ff. d. r. n. 7. Damhouder. in prax. rer. criminal. c. 62. n. 6. & Menoch. consil. 99. n. 54.* Sed numquid ex criminis læsæ Majestatis reorum numero censendus erit & is, qui in Augustam, aut Principis etiam consiliarios nefarii quicquam molitus fuerit? Utrûmq; affirmandum videtur, in hac potissimum materia (quamvis aliàs quamplurimos Dd. in contrarium abire non ignoremus, ex quorum numero Menoch. est *consil. 99. n. 9. Cravetta consil. 9. n. 79. tom. 1. Wefenb. consil. 57. n. 6. & quoad Augustam Farinac. qu. crim. 112. insp. 1. n. 46. & alii*) Illud quia uxor pars mariti, imò una cum eo caro censetur ad *Ephes. 5. v. 31. Theod. Petr. in criminal. conclus. 77. junctâ Svevicâ, quæ subsequetur Hermanni lege, & ex J. Feud. c. un. in pr. vers. item si fidelis quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5.* Hoc per *l. quisquis C. ad L. Jul. maj.* sunt enim pars corporis Imperatorii. Nec distinguend. cum *Jul. Clar. lib. 5. sentent. S. læsæ Majest. n. 5. in fin. Rokando à Valle consil. 1. n. 23. & seq. vol. 3. aut cum Cravettâ consil. 6. n. 79. tom. 1. Menoch. d. consil. 99. n. 5. sed simpliciter id affirmari poterit, per ea quæ tradunt Henric. Bocer. in tr. de crim. læs. Maj. c. 2. n. 19 & n. 29. & qui illum probat & sequitur Carpzov. in pr. crim. part. 1. qu. 41. n. 57. & seq.* Multò minùs de Serenissimis Imperii Electoribus dubitandum hodiè foret, & in eos læsæ Majest. crimen committi, per *A. B. tit. 24. ut qui membra sunt Imperatoris & pars corporis Cæsarei, Carpz. d. l. n. 59.* Meritò ergò omnes isti à Torneamentis artendi, eos qui lædendo, ipsam impetere Sacratissimam Imperatoris Majestatem veriti non sunt.

23. Imperatoris jussu perrexit Hermannus Suevus, ita constituendo: Quisquis nobili genere natus matronis virginibusve labem infamiæ asperferit, verbis factisve, apertè dedecorator in carceribus spectaculo propositus omnibus: seu, ut Ruxneri habent verba: *Welcher vom Adel geboren vnd herkommenen wäre/*
des

der Frauen oder Jungfrauen entehret vnd schwechet / oder dieselbe
schmehet mit Worten oder Wercken / vnbewahret seiner Eheten /
der soll in öffentlichem Thurnieren für Frauen vnd allermännig-
lich für einen Frauen - vnd Jungfrauen schänder gestraffe / vnd
mit ihm vmb das Pferd thurniret / er auch auff die Schrancken
gesetzt werden. fol. 11. b. Hic virginum, honestarumque fæmina-
rum pudori, famæ, ac existimationi omninò consulendum, re-
ctissime & ipse statuit; quid enim est quod magis hunc sexum,
imò quod omnes omninò decere possit, quam pudicitia? quam
illustri encomio, Cyprian. in lib. de duod. abusio. ornamentum
dicit Nobilium, exaltationem humilium, nobilitatem ignobi-
lium, pulchritudinem vilium, solamen merentium, decus reli-
gionis, meritorum multiplicationem, ac creatoris omnium ami-
cam; In hanc itaque qui peccant, indigni & ipsi torneamento-
rum generoso sodalicio suo jure habiti sunt; siue id facto fece-
rint, siue verbis: Illud, si quis extrà conjugium in virginem,
aut viduam honestam stuprum committat. l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul.
d. adult. hoc, inter alia & tum fieri interdum consuevit, si quis
temerariâ jactatione de impudicis cum virgine, viduâ, aut aliâ fæ-
minâ honestâ, amoribus & congressibus impiè gloriatus fuerit;
hæc enim cum gravissima sit diffamatio, cum maximâ honesta-
rum virginum, ac mulierum infamiâ conjuncta, inde actionem
injuriarum ad palinodiam simul, & pœnam, contra diffamato-
rem ejusmodi competere, de jure dubium non est, per ea quæ
videre licet apud Moller. ad constit. Elect. 45. n. 2. & 4. part. 4. &
Carpzov. in pr. Crim. part. 2. qu. 96. num. 42. & seqq. Injuriarum
autem condemnatum ipso jure infamem fieri, nemo ignorat,
ex l. 1. & l. 4. §. ult. ff. de his qui notant. infam. l. 40. & l. 42. ff. de
injur. §. 2. Instit. de pen. temere litigant. & l. 10. C. de his qui not. inf.
idque ex æquisimâ talionis lege, ut cui alterius famam ludibrio
habere, ac suggillare libido est, propriæ jacturam faciat. Freher.
d. tr. de fam. & existim. c. 9. n. 16. & Gail. 2. obs. 102. n. 2. & seqq.
Infames itaque ejusmodi (cum portæ dignitatum nemini infam-
ium regulariter pateant, l. 2. C. de dignitat. c. penult. de R. I. in 6.)
à ludis hisce illustribus meritò exclusi.

24. Quarta Berchtholdi Bavari est: Quisquis sigilla lite-
rarum

rarum corruerit, perjurusve, & infamis cognitus fuerit, ingredi honestissimos ludos abstineto, aut equo adempto septorum infessione dehonestator: Vel ut Ruxner. fol. 12. a. Welcher vom Adel geboren / vnd von seinen Eltern Adelsgenosß-Herkommens ist / der Stegelbrüchig / Meinendig / Ehrlos erkand / gescholten vnd dafür gehalten wird / daß derselbige in keinem Thurnier zugelassen werden soll: Käme aber einer über solches dareingeritten / mit demselben soll vmb sein Pferd gethurniret / vnd er in offener Thurnir auff die Schrancken gesetzt werden. Et hic Princeps laudatissimus cum summâ ratione. Cum enim sigilli maxima fides sit, quod deo imago substantiæ hominis, cum eo quod naturæ negotii convenit, pro præsentia personali habetur, uti loquitur Bl. lib. 3. consil. 354. n. 3. ut inde sigillans omnia in instrumento contenta, vera ubique fateri censeatur, Bl. lib. 1. consil. 174. n. 2. Alexand. lib. 2. consil. 147. n. 6. vers. præterea si verum esset. ecquid turpius esse poterit, quam contra propriam venire confessionem, sigilli impressi auctoritatem infringere, & earum rerum, quas nomine & caractere suo quis munierit, fidem infringere? Certè Germanis veteribus tanto id pudori visum est, ut inter extrema opprobria habitum fuerit, si quis sigilli sui fide non steteret, notante Kirchnero in Mor viler. lib. 4. c. 2. n. 80. & Carpzov. decis. 28. num. 20. & de jure nostro pænam falsi in eundem statuit Modestinus, qui sigillum suum negaverit, in l. eos qui 27. §. 1. ff. de L. Cornel. de fals. imò cum à Nobilioribus & dignioribus maxime abesse debeat falsitas, ut à dignitate est alienissima, idcirco hoc nomine præstantiores gravius etiam plectendos esse, post Afflict. decis. 404. & Tiraqu. in tr. de penis caus. 31. n. 23. notat Wesenb. par. ff. de L. Corn. de fals. n. fin. circa fin. Pariter se cum perjuris res habet, cum ipso jure infamis sit, qui contra sacramenta venit, & promissionem, iuramentumque violat, quo se alteri daturum, aliquid, vel facturum promisit l. si quis major. 41. C. de transact. ubi Gl. in verb. infamia & Jalon ibid. n. 21. l. pen. & ibi Gl. in verb. spoliantur & Br. n. 3. C. de dignitatib. lib. 12. Beust. ad l. admonendi. de jurejur. n. 590. p. m. 277. Ut cur & istos à Torneamentorum nobilissimo consortio arcendos esse Illustrissimus Bavarus prætauerit, inquirendum amplius non sit.

D

25. Qua-

25. Quaternionem Principum Legislatores Conradus Franco, ejusmodi constitutione finivit: Proditores Dominorum suorum, aciei desertores, & fugæ ex acie auctores, nec non interfectores innocentium civium, excluduntur, aut similiter ut cæteri improbi puniuntur. Ita Crus. d. l. p. 101. Ruxnero sic placuit fol. 12. b. Welcher vom Adel geboren vnd herkommen sey / der seinen eigenen Herrn verrathen oder feldflüchtig von ihm würde / oder in andere wege ohne Noht eine Feldflucht machte / auch seine Bürger unverschuldet vnd ohne Recht / unbewahret seiner Ehren umbbrächte / daß mit demselben für allermänniglich in offenem Thurnir vmb sein Pferd geschurniret / vnd er selbst auf die Schranken gesetzt werden soll. Proditionem, occultum illud, & insidiosum malum, quod tantum incommodi humano generi affert, quantum salutis bona fides, sec. Valer. Max. lib. 9. c. 6. à Torneamenti confortibus, quinto loco nunc omninò abesse debere Princeps Illustriss. rectè voluit: Ut eum nullos mortalium fide ante Germanos esse, magnum Taciti illius magni elogium est, Annal. 13. ita ex reliquis Germanis Nobiles imprimis fideliores censentur, Bon. de Curtil. tr. Nobil. p. 5. n. 26. & ex eo P. Fritze de Nobilit. civil. conclus. 22. lit. d. ubi addit Principes eos sibi comites adsciscere (qui hodie sunt die Cammer-Herren / Coñer-Zunckern) & lateri suo potiùs adjungere, quam plebejos arg. l. omnium 19. in pr. Ibid. Jas. n. 1 C. de Testam. cum non præsumantur prodere Principem, Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 48. in pr. & Decian. resp. 66. n. 29. vol. 3. Turpes itaque ac tam generoso consortio indigni omnino habendi sunt, qui contrâ faciunt: Turpes & Romanis olim, qui

- - - scelerum semper sprevêre ministros,
noxia pollicitum domino miscere venena
Fabricius, Regi nudatâ fraude remisit,
infesto quem Marte petit, bellumque negavit
per famuli patrare nefas, ductosque Camillus
trans murum pueros obsesæ reddidit urbi:

æti Claudiani habent verba de bello Gild. Turpes & majoribus nostris, Germanis, qui soliti proditores & transfugas arboribus suspendere, ignavos & imbelles cæno ac palude, injectâ insuper grate

44

crate mergere, see Tacit. de morib. Germ. c. 5. Inde & hic domi-
num suum, aciemque deserentes, & qui fugæ ex acie authores
existunt, pari infamiâ notantur. Ignominiosa enim semper, &
turpis viris nobilibus ac strenuis fuga judicata fuit, & timidis po-
tius mulierculis, quarum est turpia terga dare conveniens, Tira-
quel. d. tr. de Nobil. c. 2. n. 36. & seqq. unde & qui in acie prior fu-
gam facit spectantibus militibus capite puniendum esse cum Ar-
rio Menandro Justinianus voluit in l. omne 6. §. 3. ff. de re milit. ar.
& militiae desertores infamiâ notantur l. ex causa 15. l. desertorem
3. pr. & §. 8. & 9. ff. eod. quò & illa pertinent, quæ habentur in der
Neuterbestallung zu Spener de Anno 1570 art. 63. p. m. 633. ibi,
da einer im Felde von seiner Fahneu fliehen / oder sonst heimlich
vnd öffentlich flucht machen würde / der soll an Ehre / Leib vnd Le-
ben gestrafft werden / ic. Sed non absque re videtur, quòd hic
Ruxnerus, oder in andere wege / ohne Noht / feldflüchtig macht / ic.
Scilicet non omnis semper notatur fuga, cum verum interdum,
rebus sic exigentibus, laudabile illud Demosthenis responsum

ἀνὴρ δε φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται

Vir fugiens iterum pugnabit, de quo Plutarch. in vita Demosth.
Circumstantias autem illas fusius hic examinare vix licet; & in
quæstione illâ, num eques, qui vel loris excisis, vel alio modo ab
equo invitatus transvectus, daß das Pferd mit ihm außgerissen /
aliisque eum fugientem reputantibus, autor fugæ existens, pænis
suprà dictis subjiciendus, (quam Vasquius movet lib. 1. contro. 11.
n. 39. absque decisione tamen,) cum Limnæo distinguimus d. c. 5.
num. 97. Quod superest subditos humaniter habendos reliqua hu-
jus legis verba innuunt; omnem omnino crudelitatem exclu-
dentia, quæ nec Imperatori placuit. §. 2. Instit. qui sunt sui vel al.
jur. quò & inhonesta illa servitia, quæ Scythis olim familiaria
fuisse Herod. notat lib. 4. in pr. & Schonborner. in Polit. lib. 1. c. 9.
p. m. 71. n. 2. & alia hujus farinae, pertinent. Sanè Scytharum ho-
die progenies majoribus suis hac in re parum æquior, jus vitæ &
necis in subditos suos adhuc sibi vindicat, & quibus ea arridet
crudelitas, recte Germanis recte Baurenschinder dicuntur, quod
vitium ut justitiæ maximè contrarium, (quæ nobili tamen & in-
ter cætera dedit originem, notante Sinibald. Ubaldo in tr. de no-

bil. conclus. 20. & Petro Fritz. in tr. eod. conclus. 9. lit. d.) à generosis mentibus exulare meritò debet.

26. Hactenus Imperator, primoresque Germaniæ tunc Principes. Sequitur quatuor illorum Regum, s. certaminis Præfectorum, ad mandatum Imperatoris pariter hoc super negotio lata lex, aut sextus Torneamenti articulus: Interfectores uxorum suarum, aut Dominorum etiam, sive facto sive consilio scelus id ab iis perpetratum esset, à ludis illis equestribus cum infami notatione pariter excludendos esse. Welcher von Adel geboren vnd herkommen wäre / der seinen Bettgenosß heimlich oder öffentlich vmbbracht / auch Raht vnd That darzu gäbe / daß sein eigener Herz ermordet vnd todgeschlagen würde / mit demselben soll man im öffentlichen Thurnir vmb das Ross thurniren / vnd ihn auff die Schrancken setzen. Ruxner fol. 13. 4. sub rubr. der sechste Artikel. Homicidia utut semper fuere frequenrissima, & adhuc sunt, proh dolor, conquerente etiam hac de re Anton. Gomez variar. resol. t. 3. c. 3. in princ. & Jac. Schultzen in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. qu. 107. n. 10. delictis tamen reliquis ferè omnibus horribiora, atrociora ac graviora sunt. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 17. per tot. & Prosper Farinac. lib. 4. tit. 14. in pr. criminal. qu. 119. n. 1. Socin. lib. 2. Consil. 157. n. 11. indeque ultimum iis supplicium omni jure imminet Gen. c. 9. Levit. 24. Exodi 21. Deuter. 5. Matth. 26. & aliis S. S. locis: S. item Lex Cornel Inst. d. Pnbl: jud. l. 3. S. patiatur. C. de Episcop. audient. l. pen. S. qui alias personas ff. de parric. l. 3. S. legis Corneliae, ff. ad L. Cornel. de sicar. & similibus. Ejusmodi itaque criminis reus si quis nobilium fuerit, licet Magistratui id nondum denunciatum, aut aliàs notum fuerit, ut meritas potuerit luere pœnas, velut facto tam detestando infamem, meritò à torneamentorum ludis removeere eundem, Præfecti quos supra diximus suâ constitutione voluerunt; à quâ tamen regula, quæ de homicidio vero ac voluntario, ac doloso proprie exaudimus, coacta ac necessaria, quæ defensionis causâ interdum fiunt, non injuriâ fortè excipimus, de quib. Wesenbec. parat. ff. ad L. Cornel. d. sicar. n. 21. ut & casualia, de quibus post alios Carpzov. in pr. crim. part. 1. qu. 27. n. 11. 12. & seq. nec minus illa, quæ in ipsis interdum Torneamentis, oder auff Sechtshulen / 26. evenire solent, uti

ut notat Gilhaus. in arb. judic. crimin. c. 2. tit. 12. n. 46. & Wehner. in observat. practic. verb. Thurnir p. 632. per rationem elegantem, quoniam in reddit Ulpian. in l. qua actione 7. §. si quis in colluctatione, 4. ff. ad L. Aquil. quia gloria & virtutis, non injuria causa damnum datum videtur: quo & Platonis auctoritatem ex 8. de LL. adducit Limnæus d. c. 5. n. 88. à quo sancitum fuerat, si quis in ejusmodi certaminibus cæde involuntaria mortuus fuisset, eum qui interfecerit, secundum legem expiatum, mundum in posterum esse debere, eum putare debeat Legislator paucis ita mortuis hominibus cæteros non deteriores futuros. Cæterum quod in hac lege uxoricidii tantum fit mentio (quod crimen ut atrocissimum, etiam ordinaria parricidii pænâ, non simplici tantum legis Cornelia de sicariis, vindicandum esse, rectè quidam statuunt, ut Berlich. part. 4. conclus. 7. n. 43. post Decian. intr. crim. lib. 9. c. 11. n. 12. & seqq. Anton. Gomez. de delict. 3. n. 3. & alios) Speciem à Ruxnero, & qui eundem secutus est, Crusio dd. loc. pro genere, seu omni homicidio doloso poni putamus: Ita enim hunc articulum de homicidio concipi, & ipse Limnæus d. loc. n. 88. & ante eum Wolfius lect. mem. & recondit. centen. 10. p. 256. & Simon Majol. part. 2. colloq. seu dier. canicul. colloq. 6. p. 497. & novissimè August. Vischer. tract. de duel. part. 1. pag. 146. De domino autem quod additur, convenit cum eo, quod in J. F. de vasallo dominum suum occidente traditum reperitur c. un. vers. incolume. de forma fidel. 2. F. 6. c. un. vers. ego juro, de nova form. fid. 2. F. 7. c. un. §. item qui dominum 2. vers. porro 2. F. 24. Rosenthal in synops. Feud. c. 10. concl. 20. n. 1. & in not. lit. a. Rittershus partit. feud. lib. 2. c. 5. qu. 5. Bocer. clas. 5. disp. 20. th. 11. & Obrecht de Feud. lib. 4. c. 2. n. 6. & seqq. ubi defensionem necessariam cum moderamine inculpatae tutelae itidem excipimus, eine Nothwehr / cum Schradero de Feud. part. 9. c. 4. n. 55. & seqq. Vultej. 1. F. 11. num. 20. & aliis. cum vasallo sancta ubique & inviolabilis Domini persona esse debeat, & contra si faciat, ut infamis, & impius feudo privetur. dict. loc.

28. Quæ à septima ad undecimam usq; nunc subsequuntur leges, Consiliarios illos Torneamentorum, (de quibus Ruxn. fol. 8. a. & b. in presat. & fol. 13. a.) agnoscunt authores: Con-



stitutione itaque post sextam proximâ, Sacrilegi ac pupillorum
& viduarum oppressores pari cum dedecore à ludis hisce eque-
stribus arcentur: Ruxner. ita: Welcher von Adel gebohren und
Herkommens wäre / der Kirchen / Kläusen / Wittwen oder Wän-
sen beraubete / auch ihnen das Ihre gewaltiglich vorhielte / so doch
ein jeglicher rittermessiger Mann / und die vom Adel dieselben je-
derzeit vor Gewalt und Unrecht selbst sollen schützen und beschir-
men / wer darinnen verbroche / mit dem sol man für männiglich in
offenen Thurnier umb sein Pferd thurniren / und ihn selbst auff die
Schrancken setzen. Sacrilegium, quod factum est rerum sacra-
rum & Deo dicatarum Decian. in tr. crim. lib. 6. c. 31. n. 31. quod-
que simplici furto gravius c. sicut Ecclesiam 17. quest. 4. c. qui abstu-
lerit, c. 12. qu. 2. & inter atrociora crimina connumeratur à Gl.
in c. venerabilem verb. Sacrilegium. in fin. X. de Elect. imo crimini
læsæ Majestatis divinæ æquiparatur c. si quis svadente §. qui antem
cap. 17. qu. 4. Petr. Greg. in Syntagm. lib. 33. c. 1. §. n. 1. & Decian.
d. tr. c. 32. n. 2. abesse à viro Nobil. & meritò, ut reliqua crimina
omnia, debet: quavis infelicissimis illis bellorum temporibus,
quibus cum patria nostra dulcissima, Germaniam dico, per tot
annorum decursu miserimè hæctenus conflictata fuit, antequam
pax aurea cælesti voce reduceretur, ecquid templa, Scholæ &c.
frequentius experta sunt? scilicet inter arma silverunt leges, quæ
hæc de re tam in jure nostro Civili, quam in Constit. Carolina
artic. 172. & alibi extant. Indignissimum tamen hoc facinus,
quisquis generosi pectoris est, semper existimabit. Pupillos &
Viduas quod spectat, eorum subire curam atque tuitionem ad E-
quites maximè pertinere hæc lex itidem manifestissime innuit:
quod & Gl. jur. Sax. lib. 1. art. 20. in pr. voluit, cujus verba: Ein
Ritter sol schweren den End / daß er den Tod nicht fürchten wolle /
zu beschirmen Wittwen und Wänsen / und da es sich zu beschirmen
gebieret; & in specie equites Hierosolymitanos inter alia jurare,
daß sie die Wittwen und Wänsen wollen helfen vertheidigen und
versorgen / ex Rauchwolffen c. 20. der Kense in die Morgenländer /
refert & notat Limn. d. c. 5. lib. 6. n. 94. ubi & de J. Civ. maxi-
mum illorum esse favorem pluribus recenset: id, quod ut notissi-
mum prolixius non enarramus.

28. Octava

28. Octava constitutione à torneamentorum usu latrones prohibentur, & qui contra jus, igne aliove modo ad publicum detrimentum agros & vineas aliorum depopulari consueti sunt; Welcher von Adel geböhren und herkommen / und eines andern Feind ist oder wird / ohne rechtliche Erfoderung oder Anspruch / oder solch Recht nicht nach Krieges-Ordnung gebraucht würde / ein theil dem andern brennete / und beschädigte / besondern an Früchten Wein und Getreyde / damit der gemeine Nutz gehindert wird. Welcher auch vor einen Strassen-Räuber beruffen und vermäht wäre / mit öffentlichen oder heimlichen Thaten / und der Stücke eins oder mehr überführt / durch sich selbst / oder die Seinen / unbewahrt seiner Ehren / der sol nach Aufweisung des Thurnier-S-Freyheit / darumb / wie umb andere vorgemeldte Articuli gestrafft werden. Ruxner. fol. 14. a. in fin. Damhouder in ptax. crim. rer. cap. 86. n. 1. latrocinium esse dicit, subdolè aliquem, occultè, & non aperto Marte, à tergo occidere, vel occidere in noctis silentio tacitè, & non loquendo vel indicendo, ut se defenderet; & latrones nostro idiomate vorsezliche muthwillige Mörder / dicuntur in Constit. Carolin. art. 137. in quos ex eadem Constit. supplicium rotæ decernitur, ut & de J. Saxon. im Landrecht lib. 2. art. 13. vers. alle Mörder. Imò & de J. Civili, qui latronem insidiantem sibi occidit, lege aquiliã non tenetur, cum quod quisq; ob tutelam sui corporis fecerit jure fecisse existimetur l. ut vim. 3. ff. de J. & J. l. 1. §. vim. vi. ff. de vi & vi arm. Si modò cades illa non vindictæ aut ultionis, sed necessariæ defensionis causa, atque ita cum moderamine inculpatae tutelæ, (de quo Bocer. lib. 2. de duet. c. 10. n. 30. Trentacinq. pract. resolut. lib. 1. resol. 1. defens. n. 3. & seqq. & nuper Augustin. Vilcher in tr. de duel. part. 2. de duel. improvis. memb. 5. de forma defensionis necessaria per tot) peracta fuerit l. scientiam 45. §. qui cum aliter ff. ad L. aqui l. 2. & 3. C. ad L. Cornel. de sicar. & simil. Quis itaque hujus farinae homines ad honestissimos ejusmodi Nobilium ludos admittat, licitorum potiùs, ac carnificum consortio addicendos? Quales & incendiarii merito eadem lege hâc habiti sunt, quorum pessimam & depopulatricem, horrendamque malitiam rectissimè detestatur Pontifex
in C.



in c. pessimam 23. qu. 8. Farinac. part. 3. oper. crim. qu. 110. n. 2. ac combustionis supplicium eidem jus nostrum Civile jampidem dictavit, l. qui ades 9. l. fin. §. quæ data opera 1. ff. de incend. ruin naufrag. l. 28. §. incendiarii 12. ff. de pen. Carolus item V. in ordine Crimin. art. 125. confirmavit; Tollendos enim è Republ. perniciosissimos ejusmodi inimicos, & naturæ hostes quilibet haud difficulter fatebitur, qui nullâ utilitatis ratione pelli, solo odio, invidiâ, ac nocendi libidine agitati, artis, ac naturæ commoda, nequissimè aliis eripere satagunt, ut meritò atrocissimum ignis supplicium, detestando huic crimini impositum, Carolo V. justo gravius haut visum fuerit, not. Carpz. in pr. crim. part. 1. qu. 28. n. 9. Non hæc vindictæ species generosis mentibus decora, qui vel jâris tramites norunt, vel apertum Martem eligunt, quando licitè res, tempusque ita ferre videtur.

29. Lege nonâ, quæ sequitur novorum, absque Cæsaris permisso, vectigalium, ac tributorum authores, ut rei pestiferæ, ac in Mercatorum aliorumque incommodum vergentis promicondi, cum infamiæ notâ pariter ab exercitiis hisce equestribus prohibentur: Ita enim de illis Ruxnerus fol. 14. b. *Welcher vom Adel gebohren und herkommen ist / der im Reiche Neuerung und Besserung machen wolte / mit weiterer Auffsatzung / das wider gemeinen Lands Gebrauch und Herkommen wäre / es sey in Fürstenthumben / Herrschafften / Städten oder anderen Gebiethen / zu Wasser oder Lande / ohn der Obrigkeit / als eines Röm. Kaisers Vergunst und Wissen / in welcher Weise das wäre / dadurch der Kauffman die Strassen nicht brauchen möchte / auch die anstossenden Lande / samt ihren Inwohnern und Hindersassen beschädiget würden / an Nahrung / Leib oder Gut / der sol nach rechter Thurniers-Ordnung und Freyheit in offenem Thurnter / wie eines anderen vorberührten verwircten Articuls halben gestrafft werden.* Tributorum ac vectigalium necessitatem nemo equidem negaverit, cum sine illis retineri imperium nullo modo possit. Cic. in *Epist. ad Qu Fr.* Pecunia enim, & opes Imperiorū compages sunt, sine quibus fieri nihil potest, quod opus. Lips. *civ. doctr. lib. 4. c. 9* Unde Neronis, vectigalia omittere statuentis, impetum Senatores attinuere, disolutionem Imperii docendo, si fructus quibus Respubl. sustinetur, diminuerentur, quippe sublati portorii sequens

quens ut tributorum abolitio exostularetur. Tacit. 13. *Annal.* n. 13. Ultraque si ab Imperatore, (qui solus ea constituere potest l. 10. in pr. ff. de publican. l. 2. & l. seq. C. nova vectigal. inst. non posse. c. super quibusdam 26. X. de publican. R. Absch. zu Regenspurg de An. 1576. 2. F. 56. ex constit. Imper. Friderici, quamvis & hodie Serenissimi Imperii Electores de hoc summo Majestatis reservato participant, Melch. Goldast. in *Bohem.* lib. 4. c. 2. n. 9. & Carpzov. de *L. Reg. Germ.* c. 8. sect. 1. n. 7. & seqq.) legitimè indicantur, nihil iniqui etiam in se continent; cum tributa quidem ratione prædiorum & bonorum à possessoribus soli inferantur, tum ad onera Imperii sustinenda, tum in compensationem eorundem, ut pluribus notat Johan. Hering in *tr. de molendin.* qu. 9. n. 51. & seq. vectigalia verò propter usum viæ publicæ à negotiantibus solvenda sint, cujus & securitatem princeps præstare tenetur. Carpzov. *part. 2. prax. crim.* qu. 91. n. 65. & seq. ut alia taceam de quibus Carpzov. *d. tract. de L. Reg. Germ.* c. 8. sect. 1. n. 3. & seq. & Casp. Klock. *de contribut. cap. 1. num. 46. & seqq. plurib.* Modo tamen rebus licitis imponantur, non pro umbrâ, aëre ac spiritu captando, Clapmar. *de arc. rerum publ.* lib. 5. c. 14. in pr. & Cujac. 10. *obs.* 7. aut qualia Vespasianus lotio. Bodin. *de Rep. lib. 6. c. 2. pag. 1024.* Caligula prostibulis, Sueton. in *Caligul.* & Roman. hodie Pontifex iisdem, Lambert Dan. *lib. 2. Eth. Christ.* c. 15. indicere consuevit; qua de re Carpzov. *d. c. 8. sect. 1. n. 6. & seqq.* & alii. Cæterùm hâc lege nostrâ illi tantum notantur, & arcentur, qui novorum ac insolitorum vectigalium, aliorumque Reipubl. onerum iniquorum, authores existere solent, quæ exactio uti omnibus invisa, ita suis authoribus semper pernitiôsa tandem exitit. Comin. *comment. lib. 10.* unde Perilli tauro dignos eos æstimat Limn. *d. c. 5. lib. 6. n. 69.* ut qui sub publici boni prætextu sibi vigilant potiùs, quam Principi, quod omnis ævi, ac temporum experientia abundè satis docuit. Inde novos ejusmodi imposteres minimè à Principe audiendos esse, Bodinus monet *d. lib. 6. de Rep. c. 2.* ubi multa hanc in rem graviter & eruditè. Quid mirum igitur ista hominum portenta, non nisi in boni publ. detrimentum, vitam spiritumque trahentia, indigna omnino habita fuisse, quæ toyneamentorum ludis nobilissimis intersint?

E

30. Tan-



30. Tandem & Consiliarii decimâ constitutione mœchos, scortatores ac adulteros à Torneamentis excludere, de quibus Ruxner. d. fol. 14. b. Welcher vom Adel geboren vnd herkommen ist / der für einen Ehebrecher ungezweiffelt vnd öffentlich erkandt wird / der in eigenem ehelichen Stande / oder aufferhalb desselben / mit andern Eheweibern oder Geistlichen Personen / in solcher gestalt zu schaffen hätte / auch Frauen oder Jungfrauen schwebete / oder öffentlich schendete / mit dem soll man in offenem Thurnier umb das Ross thurniren / und ihn auff die Schranken setzen. Turpissimum adulterii crimen esse, longè gravissimum, & multis de causis detestandum, nemo inficias ibit, cui DEUS, sana ratio, pietasque cordi est, & de hoc inter omnes convenire, verè scripsit Petr. Heigius lib. 2. qu. 29. n. 1. & Farinac. part. 5. oper. crim. qu. 140. n. 3. Factum tamen nihilominus est, ut Alexandro III. P. M. inter levia, & minora crimina collocare illud placuerit, in C. etsi Clerico. 4. §. 1. X. de judiciis. Cujus quidem rei lepidam offert rationem Lucas de Penna in l. mulieres C. de incolis lib. 10. quod nempe homines propensiores sint in id facinus, ac proinde majori veniâ digni: in tantum, ut nec Clericum, ob adulterium sacris esse movendum concludere quidam haud sint veriti, Panormit. in d. c. & si Clerici n. 38. Quasi verò multitudo errantium, aut delicti frequentia, errori, sceleribusque patrocinium parere possit; nisi hoc attentâ Romani Cleri naturâ, & favore singulari à Vaticanâ Sanctitate ita constitutum dixeris, ut à regulâ aliâs generali exceptionem. Rectius nos cum Clemente nihil adulterio gravius esse dicemus, in omnibus peccatis, ex c. quid in omnibus 32. qu. 7. si iniquationem perpendamus, peccatorumque catenam, quâ sese implicant, qui hoc delicto maculantur. Speciem enim furti continet adulterium, cum persona peccans, jus sui corporis innocenti suffuretur 1. Cor. 7. cumque sacrum connubiorum jus, ligatumq; à DEO vinculum temerario ausu dissolvat adulter, quis sacrilegium eundem committere dubitaverit? Decian. in tr. crim. lib. 6. c. 23. n. 14. Bl. consil. 245. n. 1. lib. 4. & alii: accedit & homicidii occasio, quam impuri ejusmodi amores, sæpe suggerunt, Henning. Arnis. de f. connub. c. 5. sect. 8. n. 58. ut prodigalitatem & dilapidationem in extraneos

tacea

taceamus, *Proverb. 5.* sicq; verisimum inde Azonis dictum sit, ex adulterio plurima alia crimina proficisci, in *summa C. ad L. Jul. de adulter.* Harprecht. ad §. *Item lex Julia n. 2. Inst. de publ. jud. & Farinac. d. qu. 140. n. 3.* Hinc variæ variarum gentium pænæ, quibus atrocitatem hujus criminis omnis ævi legumlatores persecuti sunt, quas prolixè recenset Andr. Tiraq. *leg. 13. de LL. conubial.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. qu. cent. 5. cas. 419.* & Petrus Gregor. in *syntagm. jur. Univ. lib. 36. c. 6.* Apud omnes verò ignominiosum maxime fuisse adulterium certo certius est, licet capitis pæna eidem non semper præstituta: ita enim & apud Athenienses in publicorum templorum aditu obviis adulteris, cuilibet, quicquid libitum erat, præter mortem inferre, licebat, quo diutius in ignominia viverent, uti ex Demosthene in *Orat. adversus Neer.* notat Carpzov. *part. 2. pr. crim. qu. 51. n. 20.* Licet verò de J. Civili adulter ante sententiam infamis esse non videatur, per *l. 2. §. 3. ff. de his qui notat. infam. & l. 14. ff. de testib.* Freher. de fama & existim. *c. 16. n. 1. & 6.* optimâ tamen ratione ab exercitiis hisce eundem exulare nondum licet condemnatum, condignisq; pænis aliis affici debere, rectè notat Limn. *d. c. 5. lib. 6. n. 92.* cum omne matrimonium incertum relinquatur, si in tantâ reverentiâ sine aliquo terrore peccetur: uti habent Cassiodori verba, *lib. 5. Epist. 33. p. m. 352.* Et eleganter hanc in rem August. Vischer *d. tr. de jure duellio. part. 1 p. 131.* Cæterùm decima hæc torneamentorum lex convenire cum tertiâ illâ, quæ Hermani Suevi erat, licet videatur; in eo tamen ab eadem differt, quod illa virginum, mulierumq; honori potissimum consuleret, hæc virorum simul castitatem exigat: in illam absque matrimonio impingi etiam possit, hic de ruptâ conjugiorum fide potissimum agatur.

31. Ut duodenus tandem illarum legum numerus adimpleretur, datum id negotii Magistro Philippo est, (Henrici Imperatoris Secretario, viro, ut suprâ diximus, & Ruxnerus quoque in nuit, eruditione, peregrinationibus multaque rerum experienciâ, clarissimo) ut duabus constitutionibus additis, quod prioribus adhuc deesse videbatur, consummaret, perfectumque redderet. Scilicet tantum est, non suæ tantum adhærere glebæ, sed induciis ad tempus cum laribus paternis, & jucundâ amicorum con-

suetudine factis admiranda variarum nationum scrutari, mores
asperiusculos limâ peregrinationis emollire, eniti denique, ut
quæ alibi audiverit, viderit, animadverterit laudabilia, in succum,
& sanguinem convertere, datâque postea occasione, Reipubl.
suæ negotiis cum fructu, & gratiâ attemperare possit, ut Würt-
tenburgensis Illustrissimus loquitur apud Thom. Lanf. in *Orat. de
nation. & Provinc. Europ. inter ipsas Principatu pag. m. 6.* Facit itaq;
Philippus, quod magno cum ipsius honore imperatum erat; &
cum hæctenus vidisset notata legibus vitia, quæ communia non
plebejis minùs quam Nobilibus esse possunt, duabus adhuc con-
stitutionibus illa prudentissime addidit, quæ Nobilitatem ipsam,
quâ talem quam proximè afficiunt; non indecora equidem plebi,
splendori tamen illustrium minùs convenientia. Sic igitur inquit:
Quisquis non suis vivit redditibus, proventibus, censibus, salario
ac propriis bonis, sed mercaturam aut quæstuosas artes, turpifi-
cando honestatem ortus sui, & ad aliorum incommodum exer-
cet, ei hastiludium nullo modo inire liceat, aut equo amisso spe-
ctandus ad ludibrium in sepris collocetor, Ita Crus. d. part. 2. *An-
nal. Suevic lib. 4. p. 101.* Vel ut Ruxneri habent verba: Welcher
vom Adel geboren vnd herkommen wäre/ der seinen Stand anders
dann im Adeltichen Stand hielte/ sich nicht von seinen Adeltichen
Ständen Renten vnd Gûlden/ die ihm sein Mañ. oder Erblehn/
Dienstlehn/ Rahtgeld/ Herrensold oder Eigenthum Jählich ein-
tragen mag / sondern mit Rauffmannschafft/ Wechselln / Fürkauf-
fen/ vnd dergleichen Sachen / nehmen oder sein Einkommen meh-
ren wolte/ dadurch sein Adel geschmehet vnd veracht würde: Wo er
auch seinen Hintersassen vnd Anstössen ihr Brot für dem Munde
abschneiden wolte/ derselbe so der Stücke eines oder mehr überfah-
ren / vnd darwider thun würde / sol im Thurnir nicht zugelassen
werden: wo er aber darüber einretten vnd Thurnir halten wolt /
soll man mit ihm vmb das Roß thurniren / vnd ihn auff die
Echrancken setzen. Duo præcipuè hujus legis reperiuntur capita,
permissorum ac priorum unum, prohibitorum alterum. In
illo quæ ad splendorem Nobilium ritè conservandum faciunt,
in hoc quæ eundem obfuscant, obnubilantq;. Convenire itaq;
tradit Nobilibus vel suis vivere ex feudo redditibus, vel Principum.

pum mereri salaria, vel, ex allodialium proventu vitam sustentare. Feudi nomine terras quasdam à prima illorum origine, strenuioribus ac Nobilioribus in usumfructum datas à Principibus esse, ut digna exinde laborum præmia ferrent, & honestiori ratione splendidius viverent, verisimile est: quò illud facere posse viderur, quod & Romani militibus suis fundos quosdam attribuebant *l. 15. ff. de R. V. l. 11. de Evict. l. 16. ff. de A.R.D. & l. 3. C. de fund. limitrophis lib. 11.* ut quæ apud Valer. Maxim. *lib. 4. tit. 8.* leguntur, & re & nomine feudis respondere, sint qui putant, not. Limn. *lib. 6. J. P. c. 4. n. 8.* quamvis differentiam in iisdem non negemus, imò & aliis, præter Nobiles feuda postmodum collocata fuerint, & hodie etiamnum conferri possint *c. un. §. sed etiam 1. vers. personam. 2. F. 3.* & per text. expresl. *in c. un. §. ex eadem lege. 1. vers. cum curia 2. F. 34.*) unde factum est, ut ruri castra, villasque imò civitates ac ditiones integras, (prout feuda interdum majora, interdum minora sunt) nobiles illustresq; viri inhabitare hætenus consueverint, à civium conditione in oppidis omninò alieni: id quod & in dem Schlesiſchen Ritter-Recht inter alia expressè requiritur, daß einer vom Adel auff dem Lande / vnd nicht in Städten wohnen solle / quamvis nec hoc perpetuum sit, & multis limitationibus ac restrictionibus obnoxium, qua de re Petr. Fritz. *d. tr. de Nobilit. th. ult. tit. c. & Nolden post eum tr. eod. cap. 17. concl. 184.* ut in discursu forte videbimus. Et in hac ipsâ Torneamentorum materiâ in artic. 4. deß Vertrages vnd Ordnung über die Thurnir begriffen / vnd gemacht zu halten von der Ritterschafft der vier Landen / vnter Kånser Friedrich dem III. Anno 1485. illi quidem, die auß frehem Willen in einer Stadt sitzen / Steur vnd Wache geben / oder beambt / vnd das zu thun verbunden sind / ab equestribus hisce ludis excluduntur: additur tamen ibidem & exceptio, Fügt sichs aber / daß einer Schirm auß Noht gesucht hat / oder suchen müste / deß soll er nicht entgelten. Item §. eodem, Welcher auch vom Adel zu einer Stadt bestellt ist / vnd sich nicht weiter verpflichtet oder Handel / dann dem Adel zustehet / der soll auch zu dem Thurnir nicht abgestriekt werden. Referente id Augusto Vischero *d. tract. de duello. part. 1. pag. 445.* ut & Ruxn. *fol. 219, in §.* Item, Welcher auß frehem Willen / ic. **Pari modo**



modo Principum mereri stipendia, vnd vom Rahts-Gelde oder Herren-Gold leben/ ita Nobilitati non officit, ut decus potius illi quam maximum afferat. Cum enim duo præcipue sint, pacis sc. & belli tempora, nihil sanè splendidius, quam in utroq; ita cum Principe versari, ut cor ac pars corporis ipsius quis audiat, tales enim Principum consilarii sunt & appellantur in *l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest. c. si quis. 22. ea. 6. q. 1. c. felices de pænis. in 6.* Et quid illustrius quam Principis vocari parentem *l. Divi. 17. ff. de jure patron. l. si post 4. C. de jur. & fact. ignor. §. filius famil. 4. Inst. quib. mod. jus patr. pot. & amicum? l. secundum. 4. C. de contrah. empt. l. 1. §. si quis. 13. ff. de appellat.* Nolden. *de Nobil. civ. concl. 36. per tot.* Imo si verum & illud est, quod ex autoritate der P. D. de Anno 1530. §. Vnd so einer / verum esse nemo negare poterit, daß der / so eines Fürsten Hofmeister / Cantzler / Marschall oder Raht / vnd doch nicht vom Adel / sich dennoch samt seinem Weib vud Kind sich denen vom Adel gleich tragen darff / 2c. Item P. D. de Anno 1577. tit. 11. §. 1. & tit. seq. quis dubitare poterit, neminem nisi nobilem Principis sui Consiliarium esse posse? Atque inde & stipendia, quæ quis ita meretur, summum Nobilium decus esse, inficiandum non est: Huc si feuda de Camerâ referam, ein Cammerlehn oder Manngeld / wann der Fürst einem Edelmann jährlich etliche Guldten auß seiner Cammer zu einem rechten Mannlehn verschreibet / Item de Cavenâ vel Canevâ, cum Princeps alicui vinum, oleum, frumentum ex penuario, horreo, vel cellario suo, sub fidelitate ac servitiis præstandis concedit, de quibus *c. un. §. fin. 2. F. 1. Schrader. de Feud. lib. 2. c. 3. n. 81. Schneidwin in epit. feud. p. 1. n. 61. Rosenthal de Feud. c. 2. concl. 75. n. 2. & seq. & c.* non malè facere videbor rectè judicantibus, quod verba undecimæ hujus legis expressè innuunt in voce Mannlehn. Tandem nec allodialium bonorum fructu sustentari nobilitati quicquam detrahit, modo plebejorum negotiis, in conquirendis vitæ necessariis, quis non occupetur, fructusq; vel naturales vel civiles licito modo percipiat, ut porrò dicetur. Quod si verò propitia minus Fortunâ quis utatur, ac tecti sit pauperis colonus, ideòne decedere aliquid nobilitatis splendori dicemus? Negamus per *l. humilem 7. C. de incest. nupt. & ea que tradit Tiraquel. de Nobil. c. 25.*

l. 25. n. 5. & seqq. Schneidew. de feud. part. 3. n. 106. Gylman. decis. Cameral. 9. n. 17. lib. 1. cum paupertas non sit de genere malorum, Armut ist keine Schande noch Unehre/Gail. 2. obs. 95. n. 2. Gilhaus. in arbor. jud. crim. c. 5. ramuscul. 4. n. 12. Wefenb. consil. 18. n. 27. modò non extrema sit, (qualis iro Howerico contingebat) & de quâ Juvenalis lib. 1. Sat. 3.

Nil habet infelix paupertas durius in se quam quod ridiculos homines faciat.

tum enim verum quis fortè diceret Plautinum illud, præstare divitem esse & popularem, quam Nobilem & mendicum. Tiraqu. d. tr. c. 125. n. 10. scilicet non ad esse, sed ad benè vel melius esse in nobilibus divitiæ faciunt, cum verum admodum sit, non facile emergere,

- - - quorum virtutibus obstat

res angusta domi, secund. eundem Juvenalem. Atque ita de licitis vivendi mediis hætenus: in alterâ legis parte dedecus Nobilitati creare Mercatura dicitur, fœnus improbū, & annonæ flagellatio. Sanè Mercaturam quod spectat per eam Nobilitati derogari de Jure nostrò Dd. affirmant communiter, per l. nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat. l. ne quis C. de dignitat. lib. 12. 1. si cohortalis in fin. C. de cohortal. Princip. & similib. Beneven. Straccha de Mercatur. part. 3. n. 14. & seqq. Guido Papæ decis. 106. n. 1. Fr. Pfeil. consil. 202. n. 30. & seqq. & alii. Ac licet miram, etiam unius ejusdemq; regionis gentium varietatem, adducto Neapolitanorum, & Longobardorum, contrarioque Venetorum, Florentinorum, ac Genuensium exemplo, ex Paruta lib. della perfettione della vita politica, hac in re notet Limnæus d. lib. 6. J. P. c. 5. n. 71. is idem tamen ex Guicciardinò, & Cluveriò lib. 1. German. antiqu. c. 18. probat, Nobilitatem Germanicam nullo seculo mercaturam exercuisse, nisi hoc postremo quamvis nec omnem. Tandem n. 74. in ea est sententia, non omnem equidem mercaturam nobilitatis splendori generare eclipsin, sed perniciofa tantum oppidis mercimonia ex d. l. 3. C. de commerc. ut si Nobiles opibus & potentiâ suâ commerciorum utilitatem totam ad se trahere velint, atq; ita plebejos atque infirmiores negotiatores opprimere; (Id quod verbis hujus undecimæ nostræ constitutionis perquam convenire vide,

tur-



ur, ubi hæc habentur in Ruxn. d. loc. dadurch er seinen Hinder-
fassen vnd Anstößen ihr Brot für dem Munde wegnehmen wolte)
& negotiationem ultimam, s. vilem ex l. 6. C. de dignitat. lib. 12.
& lib. 12. C. de cohortalib. d. lib. quæ ad turpe lucrum facta sit, ex
l. 44. §. 1. ff. de edilit. Edict. Cui equidem & nos lubenter subscri-
bimus, maximè cum ab his quæ modo dicta sunt, nec aliena sint,
illa quæ in Ordinat. 28. Torneamenti apud Ruxn. leguntur f. 178.
Alle vom Adel die kauffschlagen vnd Handel treiben / als die an-
dern gemeinen Kauffleute / die nicht vom Adel seyn / thun vnd für-
nehmen / &c. Quibus vilis & exigua solum Equestri ordini inde-
cora perhibetur, idemque verum esse, putamus, siue ipsi hoc fa-
ciant, siue per alios, sec. reg. juris vulg. quod quis per alium. & l.
2. §. 1. ff. de administ. rer. ad civil. pertin. Fr. Pfeil. consil. 202. n. 97. &
seq. Cravetta consil. 549. n. 1. part. 3. & Alexand. consil. 193. circa
fin. lib. 7. Wehner. item in obs. pract. verb. durch sich selbst oder
durch die seinen / p. 112. Petrus Fritz. de Nobilit. civil. conclus. 30. lit. b.
Manuarias verò artes quod attinet, quæ quæstus causa exercen-
tur, iis Nobilitati omnino derogatur per text. in l. ne quis 6. C. de
dignit. lib. 12. Nov. 90. c. 1. Socin. consil. 246. vers. prima ratio lib. 2.
& Dd, communiter quos non exiguo numero recenset Nold. d.
tr. de Nob. civ. c. 17. th. 161. ubi th. 162. & seqq. quænam artes ha-
beantur sordidæ prolixius tractat. Nobis unicum hîc referre suf-
ficiat, quod Herodotus tradit lib. 11. inquit: Hoc ab Ægyptiis
an mutuati sint Græci, pro certo dijudicare nequeo, quando qui-
dem videam & apud Thracas, & Scythas, & Persas, ac Lydos,
adeoque apud omnes fermè barbaros, haberi pro ignobilioribus
civibus eos, qui opificia discunt, eorumq; liberos, generosiores
verò, qui à manuariis operibus abstinent, maximè verò, qui
militari rei vacant. Cæterum dum Nobilitati artes has manua-
rias dedecus afferre dicimus, si quæstus causa exercentur, facile
indè colligere est, scientiam earundem & exercitium recreationis
ergò institutum, pari regulâ censendum non esse, cum illud &
Illustribus personis interdum non displiceat, quod præter expe-
rientiam quotidianam & Linn. notat d. c. 5. n. 84. Imò & No-
biles, si ab artibus illis desistant, vel à Principe restitutionem ob-
tineant, priori dignitate gaudere, adductis pluribus Dd, authori-
tatibus

447

tatibus vult Nold. *d. tr. c. 17. th. 161. vers. nisi vel Nobiles*. Non minus verò turpitudinis in se habet fœnus improbrum, & iniquissima illa annonæ flagellatio; res certè illustri Nobilium splendore omninò indignissima, ut meritò hac ipsa Torneamenti lege notata etiam fuerit. Actum agerem si pluribus illud expeditum dare vellem, cum nemini ignotum esse possit, fœneratores ejusmodi, & usuras illicitas exigentes, infamiæ maculâ notatos. *l. 26. §. 1. C. de Usur. & l. 20. C. de his qui not. infam. Donell. 18. comm. 7. ibiq; Hillig. in not. lit. l. & in not. ad c. 8. d. lib. lit. XX.* Dardanarios enim quod spectat, seu annonæ flagellatores, (crimen tam hodiè quam plurimis familiare, ut vix leges, & novissimæ etiam Principum constitutiones, nec pœnæ quidem formidine, apud eos amplius locum inveniant, ut qui nec Ecclesiæ anathema pro dolor! verentur;) tam invisum bonis omnibus nomen esse constat, ut & à quibusdam ipsis comparentur Diabolis, Joh. Hering. *in mantiss. 3. ad tr. de Molendin. n. 45.* Ut meritò & crimen hoc ab iis omnibus, qui illustrium ejusmodi exercitiorum participes esse volunt, quam longissimè abesse debeat. Hoc tamen non incommodè & hic fortè monebitur, Nobilibus hoc ipso commercium earum rerum, quæ ex agrorum suorum proventu iisdem obtigerunt, derogatum non esse, uti post Cravettam *consil. 549. num. 9.* aliosque quos allegat Knichen *de paction. vestiturar. part. 2. cap. 4. n. 110. notat.* Linn. *d. c. 5. n. 78.* cum nemo nisi absurdus Euricles vitio vertere possit Nobilitati, mercaturâ publicæ annonæ subvenire, & necessitati aut tempori quandoque servire: Unde & Serenissimus Elector noster (cui Deus vitam & prosperitatem perpetuam!) edicto hanc in rem publico, quòd d. 21. Octob. anni præteriti 1650. per universam innotuit Marchiam, ut Dardanariorum malitiam compesceret, & publicæ subditorum necessitati immortali laudis exemplo succurreret, verbis conceptis imperavit, daß niemand/er sey weß Standes oder Weßens er wolle/auffs Land oder Dörffer herum ziehen/schicken oder schreiben/ vnd etwas von Getreidig bey Priestern vnd Bauern (dann der Adel billich hiervon exempt bleibet) bestellen vnd auffkauffen solle/ &c. imò licitè Nobiles etiam cerevisiam coquere, aliisque divendere possunt, si investiturâ illis, aut privilegiò hoc

F

con-



concessum sit, qua de re Knichen *d. loc. & Rauchbar. qu. 27. n. 1. lib. 1.* Köppen *decif. 19.* Rosenhal *de Feud. c. 5. conclus. 28. & seq.* & alii, quos allegat Rauchbar. *d. n. 1.* in his verò talibus, & aliis ejusmodi, quid pacta vel cujusq; loci consuetudo & jus ferat, antè omnia perpendendum est, indeq; judicium sumendum.

32. Ultima tandem ex duodecim illis Torneamentorum tabulis ita sese habet: Quicumque genere nobili natus non est, nec fidem nobilitati suæ à quatuor avis facere potest, ei cum veteribus Nobilibus paria facere, & militaria hæc exercitia tractare, fas nequaquam esto: Vel ut ipsissimis Ruxneri verbis, (cujus hætenus fidem in hisce secuti sumus) pariter & concludamus: Wer vom Adel wolte einreiten / vnd thurniren / der nicht von seinen Eltern Edel geboren vnd herkommen wäre / vnd das mit seinen vier Ahnen nicht beweisen könnte / der mag mit Recht dieser Thurnir kein besuchen. Ob aber einer oder mehr seyn würden / die solche Freyheit verachten / vnd nicht davon halten wolten / sondern gewaltiglich / in Vertrauen ihres neuen Adels einbrechen / vnd den alten Geschlechtern (die ihren Adel / wie obsteht / beweisen mögen) gleich reiten / der oder dieselben sollen nach Erkänntuß Thurnir-Freyheit / in offenem Thurnir für männiglich gestrafft / vnd mit ihnen vmb das Pferd gethurniret / er selbst auch auff die Schranken gesetzt werden. Natales nobilium hæc pertractat constitutio, quæ ut summè fuit necessaria, (cum cujuslibet legis initium tale fuerit, Wer vom Adel geboren vnd herkommen wäre / indeq; & in Ordinatione illa, quæ Heilbronnæ à Nobilitate quatuor regionum Anno Christi 1485 de Torneamentorum juribus facta, aut renovata potius fuit, de quâ suprâ, de nobilium natalibus primus statim articulus loquitur, Vischer. *d. loc. p. 443.*) ita eo quo pertractatur modo vera ratione carere non videtur. Eum enim tum demum ex Nobilium catalogo, Torneamentorum capacem esse tradit, ad quem quartâ ad minimum generatione illustris ejusmodi dignitas pervenit, (superioribus tamen virtutum requisitis simul non exclusis.) Rationem si quis petat, non inanis fortè illa erit, quam ex Rosin, *lib. 1. antiquit. Rom. c. 19.* dare licet, ubi notat, apud Romanos olim illos demum habitos esse nobiles, qui novi hominis, i. e. ejus, qui primus in suâ familiâ Magistra-

gistratum fuerat adeptus, ac statuae sibi erigendae jus habebat sec.
 Bodin. *lib. 3. de Rep. c. 8.* & Nattam *consil. 637. n. 22. tom. 3.* filii es-
 sent, & eum qui uobilitatur, nobilitatem quidem consequi, sed
 non genus, liberos ejus genus habere, non gentilitatem, ut quae
 tandem in nepotibus incipiat, sec. Connan. *lib. 2. comm. civ. c. 11.*
 & Tiraquell. *de Nobil. c. 19. n. 10.* Unde nobilitatem in primo ac-
 quirente nasci, in filiis pubescere, in nepotibus adulescere, ac in
 pronepotibus demum perfectam consequi aetatem, inquit Bl. in
l. nobiliores C. d. commerc. & mercat. & Petrus Fritz *d. tr. de Nob.*
civ. conclus. 29. tit. 6. sic ut nobilis non in oculi ictu nasci dicatur,
 sed nobilitas fluminis instar, quod longius procedit, eo magis &
 augeri censeatur, Obrecht. *de Regal. tit. 4. th. 108.* & Natta *consil.*
637. n. 3. & 35. tom. 5. Verè igitur nobilis is, qui & auita majorum,
 & propria simul virtute splendet, novoq; homini, licet ob bene
 merita ad eundem dignitatis gradum evecto omninò præferen-
 dus, cum duo vincula fortius ligent, quam unum *l. 1. ff. de privil.*
Credit. Petr. Fr. d. conclus. 29. lit. c. in fin. Ac licet hæc graduum
 computatio, so auff sechzehen Ahnen kömmt/ à Bodino *lib. 6. de Rep.*
c. ult. perniosa dicatur, ac seditionis plena, rectè tamen eidem
 contradicit Limn. *d. c. 5. n. 50.* Ad hoc insuper natalium decus &
 illud pertinere videtur, quod in d. Ord. de Anno 1485. articulo
 2. ex legitimò matrimonio quis natus sit oportet, exclusis omninò
 spuris Nobilium, dum nec illis militiae jus competere possit, sec.
 Bl. in *l. 1. §. fin. ff. de testam. milit.* certumq; sit, nobilitatem ad eos-
 dem non transire, Dd. in *l. 1. C. de dignit. lib. 12.* Illud verò fre-
 quentiùs quæri videmus, Num Imperator novo homini hanc
 possit facere gratiam, ut ad Torneamenta reliquorum instar No-
 bilium admittatur? Id quod post alios affirmat Petr. Fritze *d. tr.*
de Nobil. conclus. 20. lit. a. Nolden *tr. eod. conclus. 63.* Limn. *d. c. 5.*
n. 53. & novissimè Vischer *d. tr. de jure duell. lib. 1. p. 461. & sequ.*
 Eos autem Nobiles, qui plebejas ducunt uxores, eo ipso splendo-
 ri suo officere, in tantum, daß mit denen/ so sich auß dem Adel be-
 weiben / vmb das Pferd thurniren dörfen wer da gewolt / consti-
 tutio Heilbronnensis voluit *art. 31. apud Ruxner. fol. 219. b. in pr.*
 Goldast. in *Reichsstatz. pag. 27.* & Vischer. *d. tract. p. 453.* Invisa
 enim meritò matrimoniorum fuit inæqualitas, ut quæ stemmata



dividit, nec illustre Nobilitatis subtemen æquo filo continuat. Inde & si fœmina nobilis cum plebejo matrimonium contrahat, nobilitati suæ illam derogare tradit Tiraquell. *d. tr. c. 18. n. 16. & seqq.* Guido Papæ *decis. 349. n. 2.* Fr. Pfeil *consil. 202. n. 86. 2. vol. 2.* & Anton. Faber *in Cod. lib. 9. tit. definit. 17. & 20.* nisi vicissim nobili viro nubat, ut postliminii quasi jure novam mariti nobilitatem consequatur, *l. ult. C. de his qui ven. et at.* Tiraquell. *d. c. 18. n. 38. & alii.*

33. Atque sic de iis hæctenus, qui Torneamentorum, ex primis illorum legibus capaces esse possunt, cum quibus d. Ord. de Anno 1485. pariter convenit, nisi quod prolixius ea tradat, & quæ ad ipsum horum exercitiorum ritum faciunt simul contineat. De his autem in sequenti sectione dicendi locus erit, ubi & de reliquis, qui ut ministerium vel præstarent, vel certa obirent munia, ac de fœminis insuper quas ad armorum lustrationem, choreas ac præmiorum distributionem Torneamentis quoq; interfuisse compertum est, addendi, dicendiq; locus erit.

SECTIO IV.

Quis Torneamentorum modus, quæve peragendi ratio.

34. **I**N ipsorum igitur Torneamentorum actum, ejusdemque ritus & solennia ut porrò nunc devehatur, res ipsa postulat. Cum verò præter leges illas duodecim, quæ subiectum ludorum proprium ex primâ rei institutione afficiunt, & aliæ insuper à Philippo additæ, tum apud Ruxnerum *fol. 20. sub rubr. Verfündigung aller Thurniers-Freyheit* / tum apud Goldastum *tom. 1. const. Imp. p. 212.* ut & Spangenberg in der Mansfeldischen Chron. *c. 125. p. 175. & seq.* reperiantur, in diversis postea Torneamentis, Ruxnerianâ historiâ teste, publicando repetitæ, confirmataque, quibus qui Torneamentorum participes erant, satisfacere cogebantur, nisi notam, pœnam, aliudve dispendium pecuniarium, incurrere mallent, hîc ubi, de formâ illustrium ejusmodi exercitio-

citiorum sermonem porrò instituturi sumus, sicco penitus pede à nobis præter undæ non erunt. Sed nec prolixior earundem enodatio proposito nostro, pro temporis ratione, quo circumscripti sumus, convenire poterit; imò & ipsa ab instituto nostro, quibus non tractatum hac de re integrum, sed discursum aliqualem publicæ eruditorum ventilationi exponendum conscribere mens est, dubio procul foret aliena: concinniori itaque brevitate usurine certum nobis, quo ducamur, filum desit, tum solennitates circa decertationes istas, tum ipsum decertationis actum, & consequentia ejusdem paucis delineare & ex legibus suprâ dictis suo quamq; loco inferere, vel attingere potius, conabimur.

35. Solennia itaq; concertationum ejusmodi instituendarum quod attinet, & ex illis Antecedentia quidem, *Indictio* illarum, ad certum locum tempusq; primò omnium occurrit. Cum enim non fortuiti hi fuerint congressus, sed deliberato consilio, ac circumstantiis ad id requisitis omnibus probè perpensis, à primâ rei origine instituti, ut in notitiam eorum, quorum intererat, pervenire possent, edictis ad hoc propositis, ac publicâ convocatione opus omninò erat. Habent itaque commune hoc cum reliquis comitiis, quorum speciem instituta ejusmodi exercitia procul dubio repræsentant, per ea quæ de origine vocis illius tradit Rosin. lib. 6. antiquit. Roman. c. 1. Paurmeister lib. 7. de Jurisd. c. 2. in pr. & Schönborner lib. 4. Politic. c. 33. Arque huc illud spe Stat. quod de primò statim Torneamento Ruxnerus notat fol. 28. a. daß der Kånser die Thurniervögte beschickt vnd ihnen befohlen / den fürgenommenen Thurnir zu beschreiben / vnd an allen Orten im Reich außruffen zu lassen / wie hiervor auch geschehen war / Also wer thurniren wolt / der solte sich auff den Sonntag nach der heiligen Dren Könige Tag zu Magdeburg an der Herberge finden lassen / dann am Montag vnd Dienstag wolte man aufstragen / vnd beschauen / darnach am Mitwoch vnd Donnerstag thurniren. Quæ & subsequis temporibus pari modo ab iis, qui Torneamentorum extitère authores, observata fuisse, universa Ruxneri historia testis est. Cæterum quod in citationibus alioquin pro formâ requiritur, ut præter citantis & citati nomen, locum, tempusque certum contineant, l. si locus. 59. ff. de judic. l. quid tamen



21. *S. pen. & antepen. ff. de recept. qui arbitr. l. 3. ff. si quis in jus vocat. l. fin. C. de feriis. Vantius de Nullit. ex defect. cit. n. 6. Maranta part. 6. de cit. n. 63. & Gail. lib. 1. obs. 53.* Illud & hic præcipuum fuit, daß ein jeder / so thurnir-mässig / vnd mit einreiten wolte / sich auff einem gewissen Ort vnd Tag einstellen solte. Tempus itaque locumque quod spectat, utrumque in arbitrio indicentis constitutum fuisse palam est, prout res cujusque tulit, & commoditas. Ita primum hyberno tempore, mense Januario Magdeburgi; alterum autumnali, mense Octobri Rotenburgi; Octavum Augustæ Vindelicorum æstivo, mense Augusto; Septimum verò Hallæ Saxonum veris tempore, mense Majo, celebratum fuisse ex Ruxnero didicimus; quamvis autumnale ac hybernum præ cæteris sæpius indicentibus placuisse animadvertatur. Pari commoditatis jure & locus fuit æstimatus, cui illa unicè legem dedit. *sec. Limn. d. cap. 5. lib. 6. n. 31.* Ita Conrado Francorum Duci in Torneamento secundo Rotenburgum placuit, weil alldar sein rechtes Hoflager gewesen / Ruxner. fol. 31. a. & in undecimo Ultrajectum displicuit, electaque Colonia Agrippina, idem fol. 90. b. *ibi:* Aber Graf Florentz vermeinte denselben Thurnir gen Wtrich zu legen / das widerriecht ihm Herz Johann / auß Ursachen / daß es den Oberländerischen Fürsten / Grafen / Herren vnd allem Adel / zuvor mit ihrem Gezeug zu reisen / auch auß dem Obern-Bezirk der vier Landen wäre / daß er sich solches / ohne Wissen der Ritterschafft der vier Landen / nicht mächtigen dörfste / *rc.* Ac illud in loco instituendorum Torneamentorum quolibet, operæ datum fuit in primis, ut & *hospitia* cuilibet, pro dignitatis & conditionis cujusque statu commoda, & *arena locus*, seu *septa* ad decertandum idonea, eligerentur constituerenturque; Uti inter alia hoc ipsum auß dem Rahtschlag vnd Ordnung des acht vnd zwanzigsten Thurnirs / apud Ruxner. fol. 177. a. videre licet, ubi Præfatis quattuor etiam hoc negotii datum est, daß sie haben verfügen sollen / damit den Frauen / Fürsten / Grafen / Herren / Rittern vnd Edlen gute Herberge vnd Stallung behalten werde / daß sie / als sichs geziemt / wol versehen werden möchten; & quod *catadromium* attinet seu *septa*, Magdeburgi insula propè adjacens electa est, das Werder: Ruxner. fol. 19. a. *in rubric.* alia alibi loca, prout

prout in rem facere videbantur. Erant itaq; hæc arbitraria omnia. Cæterum indictiones istæ ab *ipsis Torneamentorum Regibus* fieri solebant, ex primâ etiam ipsius Imperatoris institutione; Ita enim Ruxner. fol. 19. b. Auff solche Abrede kam der Kånser nach Angermünde an der Elbe / 2c. vnd beschickte Thurnirvögte / befahl ihnen den fürgenommenen Thurnir zu beschreiben / vnd an allen Orten im Reich außruffen zu lassen / 2c. Reliqua per alios expedita, idem Ruxner. fol. 176. b. & ad indictiones ejusmodi *salvus etiam conductus* pertinet, de quo d. fol. 176. b. in fin. & in ordinat. de An. 1485. fol. 220. b. & apud Vischer. de duello d. part. 1. pag. n. 38. ibi: Wie auch nun hinfüro die Thurnirgenossen / 2c. Cum enim hi conventus amicissimi esse deberent, (vide Ruxner. fol. 26. b. ibi: Ein brüderlich Ritterspiel vnd daß einer den andern freundlich / ohne alle Straffe solte empfangen / 2c.) absoluta & publica securitate opus esse videbatur, de qua Becht. in tract. de secur. & salvo cond. Menoch. lib. 1. consil. 29. n. 23. Bocer. de Reg. lib. c. 2. n. 235. & alii, indeque & ab Augustissimo Imperatore & primo statim Torneamento simul clementissimè concessa, & postea pariter in singulis repetita, confirmataque fuit; imò & à loci cujusque domino particularis, quoad illum locum, præter generalem illam, à Præfectis petitam fuisse, illa Ruxneri docent, quæ fol. 177. a. §. Die obgenanten vter / die vmb den Schirm zu bitten verordnet sind / 2c. habentur, viderique possunt. Nihil itaque incommodi, nulla actio, sive ex contractus aut delicti capite, in quenquam institui à quoquam poterat, nec arrestum timendum erat illis, tam in aditu quàm reditu, quibus interesse ejusmodi ludis equestribus per leges dabatur, & incumberebat.

36. Dictâ deinde luce, in loco destinato, eorum qui decertare, aut alias interesse certaminibus illis debebant, subsequitur *Comparitio, nominisq; apud Præfectum professio*. Ita enim ab initio constitutum erat, ut apud ludorum Regem, bey seines Landes Thurnir-Vogt / quilibet nomen suum, tribus ad minimum Præsentibus, Heroldis ederet, ut illud matriculis inscriberetur. Hic cavendum cuilibet, ne quis originis & familiaris defectus appareret, daß er seinen Adel recht beweisen könne von allen



277
allen vier Ahnen: Et quod parentes ipsius pariter antè Torneamentis interfuerint, ut patet ex d. *Ordinat. Torneamenti* 28. apud Ruxner. 178. b. §. Man wil auch keinen theilen oder zulassen/ der nicht durch zwener/ 2c. Et ex Hailbronnensi illà apud eund. fol. 219 a. §. Item Nachdem zu Olzbach/ 2c. Ut & Vischer. d. tr. de duello part. 1. p. 444. Quamvis ultimum hoc posterioribus demum temporibus introductum primitus fuerit, & in locum probationis illius, quà quattuor avorum Nobilitas ex utroque latere deducenda erat, successisse videatur, Cum eo ipso, quod quis parentes suos ad Torneamenta admissos fuisse testibus manifestum facit, præsumptionem pro se habeat, eos scilicet Nobiles fuisse ac Torneamentorum capaces, ut inde nec sibi eo nomine quicquam objici possit, si cætera sint paria. Huc ex supradictis legibus illa pertinet, ne in ludis ejusmodi comitator quis prodiret, quam sextus in Equo, si Comes esset: quartus, si Baro, tertius, si Eques, & secundus ex reliquâ Nobilitate quilibet. Limn d. c. 5. n. 100. cum indicentis liberalitate omnes toto Torneamentorum tempore viverent, ut meritò Comitatus modus præscribendus fuerit, ne graves nimium hospites sese præberent; atque illuc ea fortassè referenda sunt, quæ in d. sep. *Ordinat. Nobilitatis Franco-nica*, quæ Torneamentum 28. præcesserat, apud Ruxnerum fol. 178. a. §. Die jenen / so zu Francken / 2c. leguntur, neminem scil. finito certamine discedere debere, er habe dann vor sein Anlegen gegeben in die Schauhauben / als Thurniers Recht vnd Herkommen sey / cum hâc ratione collectas fuisse institutas ab hoc vel illo Nobilium corpore, qui ludos tum indixerant, admodum sit verisimile. Nec illi tamen qui propriis sumptibus majori etiâ comitatu stipati comparere vellent, dicam exinde metuere poterant; cum cuilibet favori pro se introducto renunciare communiter liceat, nec ullum inde hospiti incommodum: uti in eo, quod Tiguri Anno Christi 1165. institutum fuit, suo ære Equitum ac Nobilium quosdam eidem interfuisse Ruxnerus notat. Ut frenâ nimio insuper luxui inhiherentur, leges etiâ vestiariæ certæ constitutæ sunt d. Ord. Hailbronnensi de Anno 1485. §. 27. Item, Es soll kein Edelmann / Thurnirgenosß / Ritter oder Edelfnecht / gûlden oder silbern Stück tragen / dann nur zu Wammessen: desgleichen

450

chen soll kein Thurnirer / der nicht Ritter ist / kein geschlagen Gold
noch Ketten / auch keine Perlen öffentlich tragen / dann verdeckt :
außgenommen Ring vnd Kleinod / darumb einer Ritterspiel trei-
ben wolt : welcher das überführet / vnd nicht hielte / den mag man
im Thurniren darumb straffen. Præterquam n. quod suum cuiq;
conueniat ordini, nimiaq; vestium superbia, omnibus retrò tem-
poribus odiosa fuerit, (unde & Sparta Ephoros quotidie vesti-
mentorum inspectionem obire solitos fuisse, ne quid à decenti
habitu alienum induceretur, Plutarch. in vita Lycurgi. Et Romæ
olim vestiarias leges à Tiberio Cæsare latas fuisse, notat Dio lib.
7. histor. Rom. & de Cæsare Sueton. in vitâ ejus ut inde, laudabili
omnino exemplo, adhuc hodiè tum in Rebusp. benè constitu-
tis, Venetâ, Helvetiorum, Augustanâ, Norinbergensi, & aliis,
tum in Romano etiam Imperio, Constitutionibus saluberrimis
modus vestitui certus publicâ lege injunctus cernatur, in Reces.
Imp. de Anno 1500. tit. Von Ubersüßigkeit der Kleyder. §. Item,
Die vom Adel. & in Reform. der P. D. zu Franckfurt Anno 1577.)
indigentia quorundam etiam qui genere quidem, non tamen opi-
bus florebant, consultum hoc ipso videtur per ea, quæ apud Rux-
ner. legere est in d. Ordinat. Torneament. 28. fol. 177. b. nachdem als
wir. & sequenti ubi cautum, si quæ fœminarum Nobilium com-
ptiori ornatu, & qui secundum legis illius præscripta eidem per-
mittebatur, in publicum prodire non posset, daß sie dennoch / nach
ihrem Stande / zu Ehren gezogen werden solle / quæ ex rationis
identitate & de viris Nobilibus pariter affirmanda videntur. Nec
enim propitiâ æque Fortuna omnes utuntur, quos generis decus
virtutumq; Splendor comitatur, nec paupertatem Nxbilitati of-
ficere, jam supra dictum.

37. Antecedebat tertio loco Torneamenta ipsa *Armi-
lustrium & galearum inspectio*, man trug die Helm auff
zur Schaw / vnd Auftheilung / vnd mußte ein jeder die Kleinod der
Waffen / als auch das Schwerdt beschauen lassen / ob es zuläßig
oder nicht. Galeæ & insignia, (de quorum origine, ac juribus
plura eruditè collegit Tiraquel. d. tr. de Nobil. c. 6. n. 12. & seqq.
plurib. uti & noviter Limn. de J. P. lib. 6. c. 6. per tot.) Nobilitatis
præ-

528
præbebant argumentum ; arma ad regulam horum exercitiorum
formata esse debebant , ne damno esse possent , aut periculum
gignere. Gladium enim quod attinet , de eo in d. *Sapius Ordin.*
Torneament. 28. ita habet Ruxn. f. 178. b. *sub rubr. der Schwerdtz*
te halben : Man wil kein Schwerdt zulassen / es sey dann zum
minsten dritthalb oder drey Finger breit / vornen an der Spitzen /
vnd an derselben Breite / vnd stumpff abgeschliffen / daß es daran
nicht schneide oder steche. Pariter reliqua arma omnia, ut & equo-
rum paratus , & ornamenta, ita debebant esse formata, ne quen-
quam lædere valerent , Es dorffte kein Eisen oder Stahl in dem
Saum / Zügel / Sattel oder Streiffleder seyn / das da schneiden
oder stechen konte / oder dessen gefährlich zu gebrauchen gewesen
wäre / unde nec equo mordaci, calcitroso sternacique uti licebat;
Limn. d. c. 5. n. 108. & seq. ut & n. 114. ibid. omniaque ista cum in
finem principaliter, ne sub ludorum , ac honestæ recreationis
specie , inimici conflictus in veram depugnantium cladem ore-
rentur , *Udteweiln es ein brüderlich Ritterspiel / ohne Haß vnd*
Gefahr seyn solte / uti jam supra notavimus ex Ruxner. fol. 26. b.
Cum tamen fieri interdum posset , ut in ludicris etiam hinc con-
gressibus cædes aliqua præter intentionem decurrentium patra-
retur , ideò omnes peccata sua antè expiare , seseque reconciliare
DEO pariter jubebantur , *Limn. d. c. 5. n. 104.* id quod cum vita
vostrea perpetua debeat esse pœnitentia , & inevitabilis illa hora,
singulis nobis momentis immineat , minùs quis procul dubio
mirabitur. Datum autem erat armorum illud lustrandorum ne-
gotium quattuor illis Torneamentorum Præfectis, den Thurnir-
vögten / quibus ex singulis Nationibus bini adhuc jungebantur,
senior quidam , alter junior : iisdemq; ex Gynecéo nobilium ac-
cedebant honoratiores maritæ quattuor : viduæ quatuor , virgi-
nesq; totidem : durch die Warte die Schaw vnd Helmtheilung
verrichtet / ut in singulis Torneamentorum nomina eorum omniū
curiosè à Ruxnero annotata sunt.

38. Ad ipsum nunc porrò *Catadromium*, instituen-
dumq; in eo certamen progredimur. In illo Nobiles partim,
eosq; præcipue : partim & plebejos cernere dabatur. Illi vel mo-
de-

452

deraturi decursiones certis officiis præerant, vel ipsi in concertando vires experturi. Qui palæstram curare debebant, **die Griefßwärtel** vocabantur, s. *Rectores discipline in arenâ*: ex singulis Nationibus singuli constituti, Ruxner, fol. 22. a. Patrinis illis in duellis non absimiles, quorum antiquissimum usum esse ex Homeri *Iliade* 7. ubi Paridi Hector, & Menelao Ulysses attribuitur, probat Aug. Vischer. *d. tr. de jure duell. univ. part. 1. §. 2. art. 2. c. 2. membr. 4. pag. 188.* Horum muneris erat in illud potissimum incumbere, ne leges decertandi quis supergrederetur, suoq; omnia ordine, ac decenti ratione fierent: inspectores, judicesq; decursionum non malè dixeris: vide & Wehner. *in observ. pract. verb. Griefßwärtel. p. 267.* & Turneb. *lib. 21. advers. c. 15. p. 751.* & Cæl. Rhodigin. *lib. 7. antiqu. lect. c. 6.* quos hanc in rem allegat Limn. *d. c. 5. n. 118.* Juncti iisdem alii quattuor ex Nobilium ordine, qui ad custodiam funium septorumve ordinati erant, **Diere zwißsehen die Sail** / qui postquam depugnandi tempus tubarum clangore significatum esset, funes incidebant, septaq; hac ratione aperiendo, eos, qui pugnae destinati erant, (ob multitudinem enim eorum bina interdum, interdum & terna certamina instituta fuisse, Ruxnero narrante novimus) intromittebant, carceresque dum concertationibus luderetur, clausos tenebant. His additi & illi, qui **die Gesellschaft-Vögte** appellabantur, ut nonnullis in oneribus ludorum Reges sublevarent. Notandum enim est sodalitates singularum Nationum tres, sub certo aliquo signo fuisse constitutas, **die Gesellschaften** / id quod altero in Torneamento factum videtur, daß man nemlich einem jeden **Bezirk mit seinen Gränzen noch drey Gesellschaft-Vögte** verordnet der jeder zu aller Thurnierzeit der jenigen / so in seiner Gesellschaft waren / selbst wartete / vnd die in allen Ambten verordnet / worzu ein jeder geschickt wäre / vnd daß etn jedem ein Zeichen von einem Thier oder Vogel gegeben werde / daß er seinem Gesellschafts-Knechte anhienge / vnd er selbst das allweg führete / &c. uti ea prolixius refert Ruxnerus fol. 36. a. sub rubr. **die Ordnung der Gesellschaft.** Hi ex Nobilibus ita palæstram moderabantur excusationes insuper eorum, qui aliquid deliquisse dicebantur;

audiebant, dijudicabantq; , num quis verè ejusmodi criminis reus
esset vel antè, vel in ipso etiam certamine factus, quod equi pri-
vationem, septorum infessionem, publicamq; ejusmodi infamiam mereri posset. Atque hoc ipsum etiam judicium, quod
objecta fortè crimina duodecim illarum legum, quas supra vidi-
mus, spectabat, præstitâ fidejussoribus cautione de judicio fisti &
judicatum solvi, elidi interdum poterat, si acquiescere eidem ac-
cusator vellet: quod si nec illâ contentus esse volebat, cogeba-
tur incusatus criminis ejusmodi abstinere septis, ni paratam ex-
pectare pœnam mallet, daß ein jedweder mit ihm schlage / vnd
thurnire / vnd er von niemand beschützet noch befriedet werde / uti
habent verba *artic. 5. d. constit. Hailbronnenf. apud Vischer. de du-
ell. provis. p. 445. & seq. & Ruxner. fol. 219. a in fin. & seq. b.* Atque
hi in arenâ officii Præfecti Nobiles: præter hos & alii certa obi-
bant munia, iique ignobiles s. plebeji: quales erant, **die Stabler/**
welche mit Stangen auff dem Platz des Thurniers waren / vmb
einen jeglichen zu beschützen vnd zu befriedigen / wann man biß-
weilen Roß vnd Mann geworffen / der sich nicht geben wollen / daß
er nicht ertödtet / sondern mit dem Sattel auff den Schranken ge-
setzt werde / eorumq; triginta constituendos fuisse ex d. ord. Tor-
neam. 28. constat sub rubr. die so die Kleinod von dem Thur-
nier treiben sollen. apud Ruxner. fol. 178. a. §. daß auch die
Hauptleute. Deinde **die Persevanten / Ehrenknechte /**
Gesellschaftsknechte / quos & ad armorum lustrationem &
partitionem galearum admissos fuisse Limnæus notat d. c. 5. 121.
Honoris splendorisq; tamen gratiâ eosdem dominis suis in arenâ
inserviisse probabile est, poteritq; hûc non incommodè trahi il-
lud, quod in d. *sepius Ordin. Torneam. 28. sub rubr.* **Wie viel Die-**
ner im Thurnier zugelassen werden sollen / apud Ruxner.
fol. 179. a. legitur, Principem sc. nonnisi quattuor: Comitum vel
Baronem tribus: Equitem duobus, Nobilem verò unico servo
stipatum, septa inire debere. Tandemque ex plebejorum numero
Heroldi erant, (cujus vocis originem Limn. hîc examinat n. 122.)
qui leges & statuta in his ludis observanda publicè recitare, & ita
in omnium deferre notitiam solebant, easq; illas ipsas ordinatio-

nes

453

nes Tornèamentorum fuisse, à verò non absimile est, nisi & præter illas aliæ quædam de vitandis turbis, habendo silentio, aliisq; ejusmodi talibus, simul publicatæ fuerunt, quales & in illis duellorum legibus, sive bannis videre licet apud Vischerum *in d. tr. de duello part. 1. art. 3. cap. 2. memb. 4. pag. 191.* ubi in *leg. 6.* jubentur omnes in terrâ confidere, non in scamno, sub pœnâ abscissionis manûs, vel pedis, ut facilius pugnantes videantur ab omnibus: in 7. præcipitur, ne quis eorum qui adsunt tusfiat, loquatur, signum faciat, spuât, indictâ pœna confiscationis corporis & bonorum. Item *lege 8.* ne ullus tumultum faciat, qui sit impedimento duellantibus &c. Talia ejusmodi præter constitutiones suprâ expositas ab Heroldis indicta pariter fuerunt: imo & si quis pro altero pœnæ & decursioni, ob crimen aliquod Torneamentorum ludis indignum, subicere sese vellet, (quod omninò licebat,) iidem agnitis armis insigniisq; ejus, publicâ proclamatione significabant, ejusmodi talem, adjecto nomine & cognomine, pro alio consanguineo suo cum & sub his armis pœnæ, & juri equestri se submittere, ut scire spectatores, & imprimis Gynecum illud nobile quod aderat, possent, eum non pro se, sed pro alio hæc pati. *Limn. d. c. 5. n. 122. in fin.* Atq; de iis etiam hætenus qui certis in arenâ officiis præfecti erant.

39. Sequitur *Certamen & decursio ipsa*; quam dum cogito, atq; illa quæ ex Ruxneri, tum aliorum etiam monumentis picturisq; hæc de re cognoscere hætenus datum fuit, imò & quæ non ita pridem in splendidissimâ Illustrissimi Saxonis aulâ his oculis usurpare contigit, tacitâ mecum mente revolve, non possum non ingemiscere, quod tanta dicendi copia, tantaq; vis competere mihi, juveni, amplissima Oratorum spatia vix ingresso, nedum emenso adhuc, iniquiori fidere non possit, quâ splendidissima illa vivæ veræq; virtutis exercitia, ut æternitatis suâ luce radiant, ita suis etiam coloribus dignè delineare valeam. Non opis hoc nostræ est, denuò ingenuè confiteor, Generosa pectora, ingens illud animi vestri decus, quem virtutis perpetim urebat flamma, fortitudinis strenuissimæ stimulabat ardor, ac perpes illa ipsa Gloria, quam nobilissimo illo conatu sectabamini, suis quasi provehebat alis, infrâ Periculis fulmen, ac Demosthenis

4 2 1
Tulliiq; vires est; Fama ipsâ laudum vestrarum præconia jam
pridem immortalitatis cedro, communi totius Orbis suffragio,
consecrante, æternisante; ut vel inde virium mearum tenuitati
non exiguum solamen accedere possit. Sive etenim *clavarum*
pugnam, quæ prima fuit: sive quod subsequēbatur *gladiis* initum
certamen, sive quod ultimum erat ipsum etiam *hastiludium* con-
siderem, examinemq; nullibi nil nisi fervidas generoso majorum
sanguine mentes, fortissimas Heroum dexteras, Martios in pu-
gnam animos, conatusque nobilissimo undiq; spiritu turgidos,
videre mihi videor, facto ipso spectantium innumeræ multitudi-
ni palam facientes, Fortes creari fortibus & bonis; esse in juven-
cis, esse in equis patrum virtutem, nec imbellem feroces pro-
generare aquilas columbam. Imo testatum ita Orbi faciebatis,
quid expectare à vobis patria possit, si quando infestis bellorum
machinis peteretur, fore ut pari ratione, cum antiquis illis Ger-
manorum, majoribus vestris fortissimis, hostes vestros generosa
fronte doceatis, neminem Germanos impunè lacescere posse,
quin temeritatis suæ pœnam citâ pœnitudo experiatur, comi-
temque habeat. Hæc conflictus isti horarum aliquot, inter ar-
morum strepitus apertius loquebantur, quam ut ignorare idem
vel Davus quilibet posset, hoc magnanimæ virtutis regnum il-
lud, in quo ipsa Fortitudo in suo constituta solio, omnium ocu-
lis sese conspiciundam præbebat, donec tubis denuò resonanti-
bus funibusq; incis, prout generosos animi motus magis magis-
que quilibet exeruerat, triumphantis instar glorioso sudore per-
fusus, recederet, finisq; decursionibus imponeretur. At ex arenâ
hac gloriosissimâ antequam abeamus, præter legem istam, quod
nemo armis nisi lustratis antè & permisissis uti posset, nec illa ne-
gligenda in ipso conflictu erat, quæ monebat, ne quis ut equo
firmius hæreret, extraordinaria & insolita adjumenta sibi adsci-
sceret, soll sich nicht lassen an den Sattel binden / sed communi
modo sellæ equestris, & stapedum usu contentus, per omnia dex-
teritate magis suâ tutus, quam aliâ arte esse deberet, in Ordinat.
Heidelbergensi S. Auch ist fürbaß verordnet. apud Ruxner. fol. 196
a. in princ. & Limn. d. c. 5. n. 110. scilicet pueris illud potius prima
in equis rudimenta facientibus, quam viris fortibus ac generosis
con-

457

convenire poterat. Ergò & Torneamentorum consortibus merito erant spernenda, vitandaq;

40. Ingratum laborem esse quem debita præmia fallunt, ex Oveno jam supra innuimus: ac neminem fore qui vel ipsam amplecti velit virtutem, si præmia tollas, audaciùs aliquantò Juvenalia *lib. 4. Satyr. 3.* Idem & Augustissimum Aucupem cum primitùs hæc Torneamentorum exercitia in Germaniam introduceret, probè intellexisse, ideoq; & ab eo neglectum minimè fuisse, *Consequentia* nunc eorundem ludorum, pariter testabuntur. Duello tantum olim honorem datum, quantus vix triumphali curru inductis in orbem Romam Imperatoribus exhiberi fuit solitus, quod singulare certamen propriâ, triumphus sæpè alienâ virtute compareretur, notat Johan. Magn. *histor. Gothor. Sueon. c. 28.* qui enim hostem suum in stadio superaverat, is domum solebat cum tibicinibus, & vario cantu omniq; gaudii genere deduci, adeoq; apud Græcos is honor magni æstimatus est, ut plerosq; constet hujusmodi nuntio de filiorum victoriâ habito, præ lætitiâ fato functos esse: verba sunt Alciati *in tr. de certam. singul. c. 45.* At varius etiam ille fuit, qui generosis illis mentibus peracto in arenâ negotio, ex Imperiali instituto primùm, ac post pari semper modo fuit exhibitus. Ejusdem enim diei vesperâ solenni non modò convivio excipiebantur, sed & qui præ reliquis fortitudinis palmam promeriti erant, illis à fœminarum choro decentes agebantur gratiæ, cum ingenti laudis præconio, donaq; seu bræba addebantur, & in multam usq; noctem honestissima tandem instituebantur tripudia, & saltationes, quibus recreationes istæ generosis simæ tandem finiebantur, ut accepto insuper decursionis suæ testimonio quilibet tandem domum reverteretur. *Convivium* quod spectat, illud magnificum equidem fuisse, intra justæ tamen frugalitatis modum nullatenus dubitamus: & mirari fortè licebit, quod apud Ruxner. in Torneamento 12. notatur, excepisse nimirum Norimbergenses Henricum VI. Imper. Aug. cum omni Principum, Comitum, Baronum, nobiliumq; comitatu solenni convivio, ipsiq; Imperatori 36. fercula, in reliquis mensis 24. anteposita fuisse: bone D E U S! liceat exclamare, nostris hisce temporibus hæc plebejorum vix sufficerent conviviis.

III

quoties nuptiales, aut aliæ celebrari festivitates solent, ita luxu in congressibus ejusmodi omnia turgent, ita à priorum temporum frugalitate decoximus! Cum verò jam & Tacitus olim illud Germanis exprobare non fuerit veritus, eos scil. diem noctemque continuare potando, idq; nulli probrum, *de morib. Germanor. n. 7. p. m. 617.* ut & posterioribus temporibus in Teutonum gentem jactatum fierit illud,

Germani quosvis possunt perferre labores,

O utinam possint sic tolerare sitim!

inde saluberrimâ constitutione inter alia sancitum quoque fuit, daß kein Thurnier-Genoß zu halben oder gantzen austrincken solle/ noch seinen Dienern oder Knechten solches zu thun wissendlich gestatten/ *in d. Ordinat. Hailbr. apud Goldast. in Reichshandlungen fol. 28. Ruxn. fol. 221. a. in fin. & Vischer. de duello proviso p. 459.* Noverant enim Nationes illæ laudatissimæ, ebrietatis vitium, matrem reliquorum omnium esse, & inter causas morborum, civilium & criminalium familiam ducere, *Herman. Lather. de cens. lib. 2. c. 3. n. 1.* ideoq; cum Torneamentorum consortes omnium virtutum radiis illustres, nobilesq; esse deberent, ab hac malorum, scelerumq; sentinâ & longissimè eosdem abesse voluerunt, ut quæ ex Rege servum, ex sene puerum, ex sano insanum, è sapiente stultum, ex stulto fatuum facit, *Grimald. lib. 2. de optim. Senat. pag. 257. cit. Carpzov. part. 3. prax. crim. qu. 146. n. 18.* Inde & posterioribus seculis immoderata ista bibendi consuetudo per *Recesf. Imp. de Anno 1500.* sub pœnâ pecuniariâ, postea *Coloniæ Anno 1512.* sub pœnâ corporali, (quamvis pecuniaria usurpata tantùm) pariter fuit improbata; *Accesit die Pol. Ord. de Anno 1530. 1548. & 1577.* da gleicher gestalt das Zutrincken bey einer Geldpoen verboten / quam prohibitionem & aliæ passim Ordinationes Politicæ plerarumq; regionum secutæ sunt, notante *Wehnero in obs. pract. verb. zutrincken pag. m. 724.* Quæ utinam & hodiè in benè constitutis ubiq; Rebusp. observarentur, ita meliùs haberent multorum res familiares, stabilior foret valetudo, blasphemii item, adulterii, homicidiis, & quibus non peccatis? fenestra feliciùs obfirmaretur; sed quqd de Atheniensibus olim, id de Germanis hodiè rectiùs dici posse non malè existimat *Carpzov.*

455

zov. d. qu. 146. n. 17. scire eos quidem, quæ recta sunt, sed illa ta-
men facere nolle. Hanc verò à se reprehensionem, quisquis
bonus omni studio declinare nec dum desinet. *Choreas* post con-
vivium cum Nobilissimo Gynæceo adhiberi solitas, Momus for-
tasæ aliquis nigro etiam notare calculo conabitur. Scilicet sunt,
quibus & in eas maledicentiæ suæ mucronem stringere lubido
fuit, quale rigorosum illud Guilielmi Lugdunensis in choreas ju-
dicium, definiens saltationem, quod sit circulus, cujus cen-
trum est Diabolus, à quo omnes virgines seu mulieres ducantur
in sinistrâ manu, in signum malitiæ, referente Carpzov. lib. 2. Ju-
rispr. Consist. tit. 9. defin. 157. n. 3. aut satyricum illud Julii Cæs.
Scaligeri, qui se nunquam majores ineptias in orbe quàm salta-
tiones vidisse asserbat, ut non forsan sine causa Fridericus III.
Imp. narrante Æneâ Sylvio, febricitare maluerit, quam saltare.
Carpzov. d. loc. n. 2. cui non absimile illud, quod Ciceroni tri-
buitur, neminem saltare sobrium, nisi insaniat: At quibus melior
sedit sententia mentis, æquiores sese præbuerunt iudices, hone-
stissimasq; chorearum recreationes ut morum formatrices, &
saluberrimos corporis motus, tantum abest ut improbarint, ut
potiùs juventuti maximè suadeant, & ad eas authores illi existant.
Qui ad numeros formare gressus, omnemq; corporis situm ritè
didicerit, non leve quid aut temerarium, quodq; cuivis Coridonî
ad fidium cantus obvium sit, reperiet, sed & id artis opus esse fa-
cilè experietur. In saniori itaq; Theologorum sententiâ acquie-
scimus, Lutheri sc. in postill. Eccles. Domin. 2. post Epiphan. Brentii
in c. 14. Matth. p. 528. Forster. in disput. Carechèt. decad. 2. ex decal.
probat. 10. ut & Meisner. part. 1. Philos. sobr. sect. 2. c. 4. qu. 2. salta-
tiones sc. ac choreas per se inhonestas non esse, ut inde sine omni
probrio & periculo saltari possit, seu ut Carpzov. d. loc. n. 8. Sal-
tationem in se consideratam rem esse adiaphoram, in scripturis
sacris nec prohibitam, nec præceptam, ac portionem quandam
civilis conversationis & lætitiæ in conviviiis nuptialibus demon-
strari solitæ, quare nec simpliciter improbari, sed ex intentione
potissimùm de iis iudicium fieri debere, cum actiones ex fine, &
intentione æstimentur. Honestissimas autem & eas, quæ in Tor-
neamenti adhibebantur, fuisse, & recreationis saltem gratiâ in-

H

sticu-

stituas omnis eâ de re historia loquitur: & de primo quidem
 omnium Ruxner. fol. 29. b. Darnach thât ein jeder Fürst/ Graf
 vnd Herz einen Tantz in guter Ordnung / mit den Frauen oder
 Jungfrauen / die ihm einen Danck gegeben hatte / vnd ward der
 Abend also mit Züchten vnd in Freuden vertrieben / id quod in re-
 liquorum descriptione perinde videre licet. Illud verò omnium
 maximè generosos exhilarare animos poterat, quando & ante-
 quam choreæ instituerentur, hi qui præ reliquis optimè in arenâ
 steterant, & laudum suarum præcones Nobilissimas fœminarum
 intelligerent, & ab iisdem insigni aliquo brabejo, ut digno virtu-
 tis suæ præmio, simul donarentur; O honorem & dignitatem
 incredibilem, exclamat Kirchnerus *vol. 1. Orat. 25. p. 488.* Quæ
 gloria jucundior, quæ gratiæ ac voluptatis plenior fingi aut cogi-
 tari potuit, quam publicis præconiis nobilissimum Equitem,
 gloriosissimum victorem declarari, præsentibus non modo Im-
 peratoribus ac Regibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, ve-
 rum etiam honorificentissimo matronarum virginumq; nobilis-
 simarum cæta spectante, in oculis dulcissimæ uxoris, in libero-
 rum carissimorum, omnisq; propinquitatis luce ac conspectu,
 auro indui, torquibus illustrari, gladio cingi, coronis ornari, vo-
 tis ac plausibus cælo usq; evehi? Erant autem munera diversa,
 quæ ad placitum ejus, cujus auspiciis Torneamenta celebraban-
 tur, variabant. *Limn. d. 6. 5. n. 127.* ubi dona ista ac munera ita
 distinguit, daß 1. gewesen der Danck / so den Thurnirvögten ge-
 geben ward. 2. Der Eltesten Danck. 3. Der Sttcher Danck / das
 ist / derer / so in hohen Zeugen mit stechen das beste gethan. 4. Der
 Danck so denen gegeben ward / welche auß den vier landen zum
 besten gerüst kommen waren / hodiè der Zier-Danck. 5. Der
 Danck so denen gegeben worden / welche den Thurnir am weitesten
 besucht ic. Erant item alia munera Ritter-Dâncke / alia Knecht-
 Dâncke / & ratione materiæ, ut iam suprâ ex Kirchnero innui-
 mus, Gladius deauratus, corona gemmisq; ornata, annuli aurei,
 catenæ aureæ, & alia ejusmodi pretiosa, Inde idem Kirchnerus
d. orat. 25. pag. 489. exclamando pergit: Cedant omnia alia foris
 data & accepta præmia, cedant victorum militaria cingula, ce-
 dant obsidionales, & navales coronæ, cedant castrensia munera :
 major

458

major in Aucupis campo jucundissimorum honorum præmio-
rumq; venatio offertur. Quid enim? aperiantur antiquarum
domorum familiæ: inspiciantur vetera ornamenta; priscaÿ virtu-
tis monumenta perlustrentur; hîc eburneos, illic aureos crateres
antiquâ arte elaboratos, hîc pretiosissimum smaragdum, illic ada-
mantem: hîc aurea Imperatorum ac Principum monilia, illic
jaspide fulgentes gladios, reperiemus. Unde verò pulcherrima
ista dona? unde præmia? Campus dedit, majorum studium pro-
meruit, certaminis labor reportavit, hasta obtinuit, gladius ac-
quisivit, victoria retulit. Hactenus ille. Nos ne in rei pulcherri-
mæ considerationem nimium evehamur, reliquis etiam
recreationibus, so mit Ringen / Springen / Lauffen / Stein vnd
Stangenstossen vnd werffen / 2c. fürgenommen worden/ Limn. d.
loc. n. 124. sicco nunc pede præteritis, ad ultimum Torneamen-
torum consequens pergimus, quod ita describit Crusius d. part. 2.
lib. 4. Annal. Suevic. c. 1. fol. 102. Postremò quisq; litteris de nava-
tâ opera in tam laudabili congregatione acceptis, ac nomine suo
in catalogum relato, domum discedebat: id quod Ruxnerus vo-
cat den Thurnier-Brieff: uti de secundo Torneamento fol. 26. a.
refert, Darnach am Frentag nahm ein jedweder seinen Thurnier-
Brieff / damit schieden die lieben werthen Gäste / vnd zog männig-
lich wieder heim nach Hause. Hæ litteræ testimoniales à Præfectis
Torneamentorum dabantur, von den Thurnir-Bögten / Ruxner.
fol. 21. b. sub rubr. wie man nach dem Thurnir die Thurnirsbrieffe
geben sol / duobus ludorum Regibus duobusque Heroldis præsen-
tibus, apposito circulo, cujus nomine præsidebant, & ipsius Re-
gis subscriptione accedente. Limn. d. cap. 5. n. 115. ab illarum verò
petitione immunes erant Reges & Principes, ita enim Ruxnerus
d. loc. Man darff aber keinem Fürsten einen Thurnir-Brieff geben /
ihres Herkommens halb / wann ein jeder König vnter seiner Könige-
lichen Kronen / vnd ein Fürst vnter einem Kranze blosses Hauptes
zum Thurnir einreiten / vnd anders kein Haupt gedeckt führen sol-
len. Cumq; ultimo omnium futurorum Torneamentorum dies
significati publicè essent, pari securitate recedebat quilibet, quâ
accesserat. Atq; ita de ipso concertationis actu, ejusque tam ante-
cedentibus quam consequentibus hactenus.

SECTIO V.

Scopus Torneamentorum, & Cognata aliis gentibus exercitia, & ludi.

41. **P**ergimus ad *scopum*; & quæ potissimum Torneamentis
proposita fuerit meta, nunc porrò videamus. In laude
enim & vituperatione finem inspiciamus, cum multis in rebus re-
ferat, non tam quid facias, quam ob quam causam facias, ita ut
idem factum ex fine vel laudetur, vel vituperetur, ut inde causa-
rum omnium potissimam finem esse Rudolph. Agricol. dixerit
lib. 1. cap. 14. de invent. Dial. uti notat Everhard. *in Top. legal. loc. 2
virtut. finis. n. 1. p. m. 961.* Eum autem, qui generosis hisce exerci-
tiis à primâ statim origine, ex Imperatoris Augustissimi instituto,
propositus fuerit finis, jam suprà digito monstravimus, quando
th. 5. diximus ludos ejusmodi equestres honestæ recreationis &
exercendæ virtutis bellicæ gratiâ introductos, certisque legibus
firmatos, formatosq; esse. Ita enim Crus. *d. lib. 4. part. 2. c. 1. An-
nal. Suevic. pag. 100.* Hinc igitur factum, (postquam scil. ab omni
Germaniæ Nobilitate tam strenuè in debellandis Barbaris adjutus
fuisset,) ut Cæsar Henricus *recreandæ delectatione quâdam honestâ,
& honorandæ Germanicæ Nobilitatis causâ, & ut regula vitæ morumq;
laudabilium ac certa disciplina ordini Equestri præscriberetur in futu-
rum, deniq; ut animorum quoq; major inter Nobilitatem conjunctio,
benevolentiaq; fieret, ludos & decursiones equestres instituerit.*
Hactenus Crusius. Et Cuspinianus *de Orig. Festor. in append. ad
Iud. Roman. pag. 168.* hos ludos equestres in Germaniâ Henricum I.
Imp. instituisse innuit, *ut eâ quoq; ratione Generosa juvenus ad bella
prepararetur, ut in Saxoniz legitur Chronico.* Hinc multiplices
eruerentur fines licet, eosq; honestissimos omnes. *Primum* enim
benivolentiæ, gratiæq; Imperatoriæ præclarû debebant esse testi-
monium, *Umb deß willen / daß sie so gehorsamlich erschienen wa-
ren / auch so ehrlich vnd Ritterlich an ihm vnd dem Römischen
Reich gehandelt hätten / hielt er ihnen einen ehrlichen Hof, mit al-
lerley Ritterspiel / vnd Saitenspiel / mit Rennen / Stechen / Tan-
zen /*

457

zen, Jagen, Schiessen / vnd allen Freudenspielen / die man erdencken mocht. Das alles aber gedacht dem Kaysen ihrem Verdienst nach zu wenig seyn / vnd seinen werthen Gästen noch mehr Kurtzweil zu machen / gedachte er ein Thurnier vnd frembd Ritterspiel anzurichten / da er selbst mit einreiten vnd thurniren wolt. Ruxn. fol. 7. b. quo post exanthlato sc. tot tantosq; labores bellicos, generosa ejusmodi recreatione Nobilissima mentes & reficerentur & honorarentur: *Deinde* certas virtutum regulas, adaugendo Germanicae Nobilitatis Splendori, proponebant, ut Augustissimus Imp. ipse innuit, daß die Thurnier-Artickel Gott dem Allmächtigen zu Lob / dem heiligen Römischen Reich vnd Deutscher Nation vnd allem Adel zu Ehren vnd Würden gesetzt / vnd darinnen die Vntugend des Adels für männiglich gestrafft / vnd die Tugend desselben öffentlich erkand werden solte. Ruxn. fol. 11. a. in princ. Ecquid autem honestius, ecquid præclarius, quam virtutum monstrare ductum, & vitiorum obserrare compita? cum virtutem Nobilitatis fundamentum esse nemo inficias ire possit, nisi qui ipsam Nobilitatem negaverit. *Tertio* verè quoq; Cuspinianus d. loc. ut ad serium in acie conflictum maturè Juventus præpararetur & in armis exerceretur, ludos istos institutos etiam fuisse, id quod & M. Philippus in primâ institutione aut deliberatione monuit, daß die Thurniren in andern Landen gehalten würden / geschehe dem jungen Adel zu Gebrauchung / daß sie so viel thätiger / freudiger vnd geschickter gegen die Feinde werden sollen. Ruxnero teste fol. 10. a. Uti enim ex tripode velut Theodericus Rex apud Casiodorum; Discat miles in otio, quòd proficere possit in bello: animos subito ad arma non erigunt, nisi qui se ad ipsa idoneos, præmissâ exercitatione confidunt, & pulchrè Seneca, In ipsâ securitate animus ad difficilia se præparet, & contra injurias fortunæ, inter beneficia firmetur: miles in mediâ pace sine ullo hoste decurrit, vallum jacet, & supervacuo labore lassatur, ut sufficere necessario possit. Quem in ipsâ retrepidare nolueris, antè rem exerceas, epist. 18. ita omnibus id observatum gentibus, omni tempore est, quibus rectæ rationis usus fuit; observatum & sedulo majoribus nostris antè Henricum fuit, ut

paulò post videbimus. Nec successu unquam pœnitendo.
Tandem & major inde enasci debuit animorum conjunctio
 familiaritas, atq; concordia, quâ solâ invicti fuere quamplurimi:
 Es solte ein Brüderlich Ritterspiel ohne Haß vnd Neid seyn / vnd
 etner den andern freundlich vnd gütlich empfangen / Ruxn. fol. 26. b.
 Scilicet ut fratrum inter se concordiam quovis muro firmissimum mu-
 nimentum Antisthenes dixit, idemque de civitatibus affirmavit
 Laërtius lib. 6. c. 7. ita & Britanni olim, post varias clades tandem
 docti commune periculum concordia propulsandum, indeque
 legationibus ac foederibus omnium civitatum vires excivere,
 apud Tacit. in vitâ Agricol. n. 10. Et quantum Rebuspubl. omni
 ævo contulerit concordia, quas motus, quas ruinas econtrâ dis-
 sensus mutuus dederit, & veterum & recentium loquuntur histo-
 riæ, ut multis hac de re verba facere opus non sit. Quæ dum si-
 mul perpendimus omnia ac illud simul cogitamus, illud bonum
 esse cujus finis bonus est, sec. Everhard. in Top. d. loc. à virt. fin. n. 2.
 nemo sanè nisi iniquissimus rerum arbiter, abnuere poterit, Tor-
 neamenta, ut *honestissimum Generose Nobilitatis decus, ac oblecta-
 mentum; virtutum omnium scholam; fortitudinis palastram, atq; semi-
 narium; suavissimumq; tandem animorum robur atq; firmamentum, in
 rerum pulcherrimarum, utilissimarumq; catalogo omninò po-
 nenda esse; ut morus meritò habendus, qui morari malevolon-
 rum quorundam rictus velit, quos sectione ultimâ retundere
 conabimur.*

42. Melior omninò mens populis hinc inde variis, qui cum
 Platone lib. 2. de legib. in pace cives ad rem bellicam exercendos,
 nec belli tempus expectandum noverant, honestasq; exercita-
 tiones, & recreationes utilissimas variorum ludorum institutio-
 ne nunquam non excoluere, magniq; fecerunt. Sive enim *Græcos*
 adeamus, populorum olim sapientissimos, seu *Romanam* spectemus,
 illam gentium dominatricem, sive & *maiores nostros* omnium
 fortissimos, quamplurima hujus rei vestigia vel primâ fronte oc-
 current. *Græcos* quod attinet, quattuor apud illos insigniores
 ludi, *Olympii* ab Hercule, repurgato Augiæ stabulo, apud Eli-
 dis oppidum *Olympiam* in Peleponneso, in honorem Jovis
 Olym-

Olympii instituti : in quibus variis temporibus varii fuere modi, cum præter homines pueri etiam & pulli equorum, & fœminæ, & varia vehiculorum genera in hos ludos admisa fuerint, & Judices in singula certaminum genera delecti, pro quorum arbitrio præmia darentur victoribus. Postea verò institutum fuit, ut gravioris armaturæ cursus peditum admitteretur, quod cum ad rem bellicam non inutilem fore existimabant. In his certaminibus præmia victoribus coronæ proponebantur, ac ingens illis honor habitus est. Natal. Com. in Mytholog. lib. 5. cap. 1. p. m. 421. & seq. Alteri ab his *Pythii*, Apollini apud Delphos acti, qui Dracōnem interfecerat jaculis Pythonem :

Hic juvenum quicumq; manu, pedibusve, rotave vicerat, æsculeæ capiebat frondis honorem, nondum laurus erat.

sec. Ovid. lib. 1. Metam. Crusius præmium fuisse quosvis arborum fructus, in coronam concinnatos. d. lib. 4. Annal. Suev. part. 2. c. 1. fol. 103. & Natal. Com. d. lib. 5. c. 2. Erant & *Isthmii*, in Corinthiaco Isthmo, Neptuno aut Melicertæ, vel Palæmoni dari soliti, in quibus præmium pinea corona. Crus. d. loc. & Nat. Com. cap. 5. d. lib. 5. Tandem & *Nemei* fuerunt apud Argivos ad honorem Opheltæ vel Archemori à serpente necati, & ad solatium patris ejus Lycurgi, ordinati, in quibus corona ex apio viridi victorem manebat. Crus. d. loc. De quibus breviter Archias Poëta, græcis versibus in latinum translatis :

Quattuor in Græcis certamina, quattuor illa
Sacra, duo superis, sunt duo sacra viris.

Sunt Jovis hæc, Phœbiq; Palæmonis, Archemoriq;
Præmia sunt oleæ, pinea, mala, apium.

cit. Natal. Com. d. lib. 5. c. 4. p. m. 438. In quibus omnibus pariter hoc operæ datum fuit, ut & quorundam honorem antè omnia spectarent, & virtuti laus, decusq; suum redderetur, & ad exercitium illius alii quoq; laudabili invidiâ incenderentur, quæ in nostris pariter ludis conspiciunda, & deprehendenda erant. Nam & illi in Germanicæ Nobilitatis gloriam, virtutisq; exercitium, digitum principaliter intendebant, quamvis nec recreationis rationem in illis habitam negare queamus.

43. Ad Romanos è Græciâ & Troja ludos etiam translatos
 fuisse notat Cuspinianus *de orig. festor. in d. appendice ad lud. Roman.*
p. m. 167. b. quamvis eos progressu temporis à Numâ Rege, aliisq;
 & numero, & ceremoniis valdè auctos, idem asserat; ab initio
 quidem parvo, sed temporis progressu apparatu & sumptu pro-
 fusissimo, idq; vel in theatro, vel in circo, unde & Theatrales &
 Circenses dictos: de quibus & in jure nostro vestigia quædam
in l. 12. §. equitii ff. de usu & habit. l. 122. in pr. ff. de legat. 1. & l. 1. §.
2. ff. de munerib. & honorib. Ex omnibus autem Trojani ludi, quos
 & Trojæ ludicrum appellarunt, (de quibus suprâ *sect. 1. thes. 2.*
 quædam tetigimus) omnium in Romanâ Rep. fuisse antiquissi-
 mi. Auhorem agnoscunt Ascanium Æneæ filium, à quo in Ita-
 liam translati dicuntur. In illis pueri majores & minores turma-
 tim congregiebantur, & qui illis præsidebat Princeps juventutis
 dicebatur. Ritus eorum elegantissime describit Virgilius *lib. 5.*
Æneid. ubi post alia:

Postquam omnem læti confessum, oculosq; suorum
 lustravêre in equis, signum clamore paratis
 Epitides longè dedit, insonuitq; flagello,
 olli discurrêre pares atq; agmina terni
 deductis solvêre choris, rursusq; vocati
 convertêre vias, infestaque tela tulêre.
 Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
 adversis spaciis, alternosq; orbibus orbes
 impediunt, pugnaq; cient simulachra sub armis,
 & nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt,
 infensi factâ pariter nunc pace feruntur.

In ejusmodi ludis Tiberium Cæsarem, vivente Augusto patre;
 Principem juventutis fuisse, Tacitus tradit, & hunc Trojæ lu-
 dum frequentissimè edidisse, majorum minorumq; puerorum
 delectu, cum prisca decoriq; moris existimaret, claræ stirpis in-
 dolem sic innotescere, in vitâ ejus refert Sueton. *c. 43.* & Dio *lib.*
43. de lud. Cæsar. Quin & eundem ludum diu in Italia retentum,
 & Arimini puerum se vidisse Blondus testatur *lib. 2. de Roman.*
triumph. munus à Carolo Malatesta Principe datum. Non autem
 inquit pueri, sed viri luserunt Nobiles, qui ad nuptias Galeotâ

Ma

459

Malatestæ ex omni Italia invitati erant, numero ad triginta in equis desultoribus velocissimisq; singuli arma induti, ex corio fabricata perpulchrè variis ornata coloribus, ferreum ensē nequaquam acutum, manu gestabant, decurrentesq; in circuitum, galeas in id tumentiores factas, & humeros cæsim invicem cœdebant, & proximum prisco ludus nomen retinet, pro Trojano agmine Torneament. referente Cuspin. d. loc. pag. m. 168. a. En, quid magis ad nostros accedere poterit Nobilium ludos? quod & idem agnoscit Cuspinianus, ut Etymologiam deß Thurnirens inde deducere voluerit, quem & alii quidam secuti sunt, de quibus suprâ d. sect. 1. th. 2.

44. Ut alios insuper taceam, Capitolinos sc. Augustales, & Palatinos, Votivos triumphales & Victoria, Actiacos quinquennales, decennales, vicennales, & tricennales, de quibus Liv. decad. 1. l. 5. Plutarch. in quest. 53. Dio l. 56. c. ult. idemq; l. 51. & 55. Alexand. ab Alexandr. l. 6. c. 19. Scaliger l. 1. Poetices c. 28. & seqq. & alii, funebres item tam Græcorum quam Romanorum ludos, in quibus Equitum decursio ad metam contendentium; pugilatum, vel cæstum certamen, luctatio, cursus concertatio lanceis, disci, & sagittatio, apud Homer. Iliad. 23. & Virgil. l. 5. Æneid. temperare mihi non possum, quin & Castrensiū ludorum vel aliquam saltem injiciam mentionem, quibus milites in castris exercebantur & delectabantur, quos & Suetonius tangit in Tiberio c. 72. Non enim juniores & novi tantū milites manē & post meridiem ad omne genus exercebantur armorum, veteres autem & eruditi in die semel, sec. Vegetium, sed & ipsi Duces faciebant, ut scientiam ostentarent, & in exemplum; quod adducto Scipione Africano, ex Silio: Valerio Consule, ex Livio: Pompejo, ex Salustio: & Trajano, ex Plinio in Panegyri. pluribus deducit, & illustrat Lipsius de Milit. Roman. lib. 5. dialog. 14. p. m. 307. ut mirari quidem minus liceat magnificum illud Josephi elogium, quod ex lib. 3. Excid. idem adducit Lips. ibidem quando inquit: *Quod si quis alium Romanorum ordinem in militiâ inspexerit, videbit hoc grande Imperium eos habere virtutis meritum, non fortune beneficium. Non enim initium ipsis armorum ipsum bellum est, nec solum cum usus aut necessitas est, manus movent, in pace feriati, sed tanquam congeniti armis, nunquam pausam Exercitiū faciunt nec expe-*

I

stant

Etant occasiones. Meditationes autem illis sive exercitia, nihil à vero usu fortitudinis, & audacie abeunt, sed quisq; cottidie miles omni alacritate tanquam à bello exercetur. Quo fit ut facillimè & pene sine laboris sensu pugnas tolerant. Neq; n. vel confusio eos à consveto ordine amover, & dissipat, vel metus reddit attonitos, vel labor fatigatos. Sequitur verò victoria semper eos, cum in hos pugnent, qui non pariter confirmati. Nec sanè erraverit qui dixerit, exercitia eorum pugnas sine sanguine, pugnas exercitia cum sanguine esse, Haftenus Josephus: Ex quo sanè encomio si quis parum laudis accessisse Romanorum exercitui putat, cum fungum pro cerebro gerere quilibet vel ex eorum numero, qui nondum ære lavantur, lubens fatebitur. Scilicet tantum est maturè, quod in bello prodesse possit, addiscere, & sedulâ exercitatione verum animi corporisq; robur colligere!

45. At Germani nostri veteres quid illi? Unum instar omnium Taciti sit testimonium, qui genus spectaculorum apud eos tale describit, de morib. German. n. 8. p. m. 618. Nudi juvenes quibus id ludicrum est, inter gladios se, atq; infestas frameas saltu jaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decorem: non in questum tamen aut mercedem, quamvis audacis lascivie pretium est voluptas spectantium. Ita scilicet à primis quasi incunabulis armis innutriti, & exerceri, in futurum procul dubio veræ pugnae usum, antiquissimis etiam temporibus majoribus nostris volupe, curæq; fuit. Imò si civitas in qua orti essent, longa pace & otio torperet, plerosqve Nobilium adolescentium ultrò eas petiisse Nationes, quæ tum bellum aliquod gerebant, idem Tacitus nunquam sine laude loquendus testatur d. lib. n. 5. p. m. 613. ubi rationem addit, quod ingrata huic genti fuerit quies, & facilius inter ancipitia claruerint. Verè itaque Seneca, ut sapienter omnia: Germanis quid animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur, innutrientur, quorum unica illis cura, in alia negligentibus lib. 1. de Ira c. 11. p. m. 17. Neque qui posterioribus seculis secuti eosdem sunt posteri illorum, majores itidem nostri, à generosâ illâ indole desciverunt, cum magis magisq; ut ad humaniorem cultum, sic & majorem virtutis gloriam indies excreverint, imò & ante Gloriosissimum Aucupem, jam alia tùm exercitia iisdem familiaria fuisse omnis historia testis est, donec ad similitudinem Gallorum, &
Bri-

460

Britannorum Torneamenta ista generosissima aliis insuper adde-
rentur, jungerenturq; : ut quæ magis adhuc ad induendos, exci-
tandosve fortissimos animi motus in splendidissimâ Nobilium ca-
tervâ facere posse videbantur. Alia aliarum gentium exercitia, ad
eundem collimantia scopum nunc non examino, ne in infinitum
progrediar; illud saltem huic sectioni colophonem imponat,
quod de Peguanis in Indiâ tradit Cuspinianus *d. tr. de festis lib. 3.*
c. 2. p. m. 172. a. Regem sc. cum Regi à festo quodam navem re-
giam auro undique obductam ingresso ad civitatem Maccaum
trajicere, comitantibus eos proceribus, & aulicis omnibus, ita ut
centum & amplius navigia ibi congregentur. Portum autem as-
secutos in terram descendere, domumque regiam, intus & exte-
rius auro obductam, ingredi, ut prospicere de fenestrâ Regina
cum Gynæceo suo possit. Nobiles enim proceresq; inito certa-
mine cum navigiis suis ad domum istam regiam velificationem
instituire, quique primus metam assequitur, præter laudem &
gloriam, statuâ etiam aureâ, hoc quidem sine ad metam expositâ,
secundum verò statuâ argenteâ donari, reliquos ludibrio haberi,
eumq; qui postremus omnium accedit, linteum à Regina, igno-
minia notam reportare. Hæc Cuspinianus; ex quibus cuilibet
colligere promptum, nec apud Barbaros honestos ejusmodi virtu-
tis exercendæ ludos fuisse neglectos, suamque promptioribus lau-
dem, sua præmia pariter non defuisse.

SECTIO ULTIMA.

*Clementis V. P. M. constitutio examinatur. Johan-
nis XXII. probatur. Nec inutilem & hodiè Catadromo-
rum ejusmodi fore reductionem.*

46. **V**erum enim verò ut nihil unquam vel Natura tam per-
fectum, vel ars, imitatrix illius, tam expolitum, vel
omnis ingenii solertia tam numeris omnibus absolutum, produ-
cere, formareque potuit, quod theonino dente ab obtrectatori-
bus quibusdam non fuerit impetum, & virgulâ notatum censo-
riâ; Ita nec generosa ista certamina, quæ hætenus vel leviter



saltem pertractavimus, in ipso etiam Virtutis gremio (cui natales suos debent) à calumniatorum quorundam rictibus libera esse potuerunt. Scilicet fuere quidam, nec adhuc desunt, qui non modo cum Gemete, Selli Turcarum Regis fratre ludibrio ea habere satagunt, & parum esse dicunt, si serio fieri debeant; sin joco, posse etiam vel nimium quid esse, quod de illo refert Pancirollus *lib. 2. tit. 20.* & post eum Limn. *d. l. 6. c. 5. n. 132.* verum & longius progrediuntur, & rem omni laude studioq; dignissimam execrationis ac excommunicationis fulmine cum Vaticano Jove Clemente V. ferire non erubescunt. Ita enim ille in *c. 1. X. de Torneam.* Se prædecessorum suorum vestigiis inhærendo, detestabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgò Torneamenta vocant, in quibus milites ex condicito convenire soleant & ad ostentationem virium suarum, & audaciæ, temerè congregi, unde mortes hominum & animarum sæpè pericula proveniant, fieri prohibere. Et si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamvis ei poscenti pœnitentia non negetur, Ecclesiasticâ tamen carere illum debere sepulturâ. Hactenus ille: Unde sacrum hoc decretum exosculati Juris Can. interpretes, aliiq; Dd. idem affirmare, & dicam exercitiis illis generosissimis scribere non verentur, cum *Gl. in d. c. 1. Hostiensis in summ. d. c. 1. n. 1. & seq.* Petro Gregor. Tholosan. in *Syntagm. Jur. Univ. lib. 36. cap. 20. n. 13. lib. 39. c. 5. n. 33. & lib. 48. c. 16. n. 4. & 24.* Stephano Costa *de Ludo. §. 2. n. 32.* Johann. Aquila *de omni lud. gen. c. 5. §. 1. coroll. 1. & 3. & aliis communiter;* pari modo, quo reliquos ludos omni jure prohibitos, ac illicitos esse, volunt per *per l. fin. C. de aleat.* & ea quæ tradunt Dd. Hostiensis in *summâ de Excesf. Prælat. Panorm. in c. Clerici X. de vitâ & honest. Clericor.* Paris de Puteo in *tr. de Ludo, in pr. Bl. in rubr. C. de aleator.* Menoch. *de A. I. Q. ib. 2. cas. 298. n. 1. & 2.* Cujacius in *parat. ff. & C. eod. aliiq; communiter.*

47. Bona tamen verba, quæso. Ecquid enim si vel ipsum Pontificem nec Torneamentorum penetrasse naturam, nec firmis adeò rationibus anathematis sui muniisse decretum dixero, quin justioribus de causis tollere idem successori ejusdem Johanni XXII. justum fuerit visum? Quid si non omnes simpliciter ludos, legum, canonumq; notam promeruisse, & equestres nostros

481

stros ex eorum maximè numero esse probatum dederò, qui virtutis exercendæ gratia fiunt, imò omnem in se virtutis scholam continent? Dubitare certè vix licet, quin album apud æquos rerum æstimatores calculum reportaturus sim cum illis, qui ludos illos generosissimos nec culpandos fuisse unquam existimant, nec ex commodo Germanæ Nobilitatis fore contendunt, si diutius non-usus obruti silentio ignorari futuris temporibus debeant. Sanè quod prius illud assercionis nostræ membrum attinet immani memet obstringere sacrilegio illis fortè videbor, quibus ex *c. r. de Constit. in 6.* Capitolinâ pietate nostrorum temporum persuasum est, Pontificem omnia jure in scrinio pectoris sui habere, eumq; reprehendi nullo modo posse, ut qui cunctos ipse judicet, à nemine judicandus *c. si Papa. 6. dist. 40. junct. c. nunc autem. 7. dist. 21. c. unam sanctam. 1. Extrav. comm. de Majorit. & obediens. c. satis. 7. dist. 96. cum nemo. 13. c. aliorum. 14. c. patet. 10. & c. facta. 15. ea 9. qv. 3. cum similib.* Verum ut illis omnibus tum ab aliis, tum & à Joachimo Cluten in *Fascicul Impiet. iniquit. & falsit. ex Luco error. Thalmuldi Pontific. succiso th. 11. & 31. ut & in Mantissa secunda ibid.* jam abundè satisfactum est, ita minus adhuc peccare videbor rigorosioribus etiam rerum arbitris, si instituto vel aliquali tantum rationum examine, quibus Clemens V. utitur, contrariam Johannis XXII. prætulero sanctionem, nostræ quidem opinioni omnino suffragantem. Nam quod ille in *d. c. r. de Militibus* ait, illud generalius est, ut nisi κατ' ἐξοχήν Nobiles intelligat, quibus equestrem militiam jam olim fuisse quasi propriam, suprâ notavimus *th. 1. sect. 1.* subjectum catadromorum nostrorum nec intellexisse videatur; nullum enim plebejis in iis cum decertaturis commercium, nisi ad ministeria quædam; quod sectio 3. planum fecit, *juncta th. 38. sectionis 4.* ex quibus tamen militia constare potest, imò qui majorem numerum in exercitu ut plurimum faciunt. *Ex condicto* convenire alii *ex conducto* legunt, quod ad illorum facere opinionem posset, qui non de veris hîc Torneamentis Pontificem loqui putant, sed de congressibus gladiatorum quorundam seu militum, in nundinis vel feriis fieri solitis, ubi præter temerariam virium & audaciæ ostentationem, lucellum etiam aliquod exinde captabant, quod sentire videtur Andr. Rauchbar.

part. 2. qu. 25. n. 20. & Finckelthaus de J. sepulchur. conclus. 13. lit. C. cui tamen rectè respondet Limn. d. c. 5. lib. 6. n. 134. & seq. Glosa verò in d. c. 1. ex condicito quasi ex edicto legit, quod Indictionem, de qua supra th. 35. interpretari licet, sicq; ad ludos nostros equestres propriùs accedet. Quod verò tum ad ostentationem tantum virium & audacie, tum temerè etiam, congressus in iis fieri addit, illud ipsum est, quod indignum omninò tanti culminis iudicio paret iudicium, seu Torneamenta reliquis jampridem Nationibus familiaria, seu nostra imprimis, quæ Inviçtissimus Auceps in Germaniam introduxit, spectare velis. Nam & illa honestæ recreationis & exercendæ virtutis bellicæ gratiâ generosis mentibus studio fuisse, quis dubitet? & hæc omnium maximè non temerario aliquo impetu, sed curâ studiosissimâ in Germanæ Nobilitatis honorem, arctiorem animorum conjunctionem, heroicæ fortitudinis exercitium & (quod vel unum applausum omnium suo jure mereri debebat,) in majus virtutum ac honestatis studium, ac morum censuram, (quod th. 41. innuimus, probavimusq;,) ab Imperatoriâ Majestate instituta, legibusq; selectissimis firmata fuisse, quis ignorare amplius poterit? Nescire tamen illud Pontifex voluit, & pro Ixione umbram, pro vera causâ falsissimam amplecti, ut quod more suo reprehenderet, haberet. Nec enim quod mortes inde hominum, & animarum pericula sepe provenire dicit, vel tanti est, vel apodicticâ nititur veritate, ut quicquam ad rem facere posse videatur: cum quæ in Torneamentorum odium tristia Magnatum quorundam objiuntur exempla, quæ & recenset Kirchnerus orat. 25. vol. 1. p. m. 498. & seq. diffiteri equidem nequeamus, ea tamen casu fortuito, non ex intentione agentium provenisse, & in honestâ contigisse virtutis colluctatione, inficias ire nemo pariter possit, quo casu nec pœnam L. Aquiliæ, nec Corneliæ de sicariis locum habere constat, l. quâ actione 7. §. si quis in colluctatione 4. & l. si ex plagis 52. §. fin. in quibus ratio ff. ad L. Aquil. c. lator. 9. X. de homicid. Stephan. Costa de Ludo art. 1. §. 2. n. 14. Menoch. de arbitr. judic. qu. lib. 2. cent. 4. cas. 400. n. 2. & 3. pluresq; ibidem allegati. Animarum quin etiam periculo ut Inviçtissimus Legislator consuleret, peccatorum expiationem, & reconciliationem cum Dño præcedere ludos equestres

402

stres voluit, ut supra tetigimus th. 37. sect. 4. Quod superest, nec illud quod de impedito per illos pasfagio Johannes XXII. in Extravag. sua, ut causam impulsivam, Prædecessori suo apposuit, tanti esse putamus, ut prolixiorē à nobis exigere possit respon- sionem, quam & ipse Johannes suggerit, & contraria rerum lo- quitur experientia. Inane itaq; excommunicationis fulmen nec Majores nostros deterrere potuit, quin circâ eadem tempora qui- bus Papalis illa constitutio lata est, generosos istos congressus continuarent, unde nec usu eam fuisse receptam glosa' margina- lis notat in d. c. 1. X. d. t. nec nobis amplius negotii aliquid faces- sere poterit, maximè cum & Johannis XXII. constitutione subse- quâ, ex causis, ut ipse loquitur rationalibus, sublata iterum fue- rit, & quæ de illâ Tholosan. tradit lib. 48. Synt. Jur. Univ. c. 16. n. 24. rem exactiùs pensiculanti parum, imò nihil difficultatis objicere queant, Illam itaq; meritò ut æquiorē, saniorēq; amplectimur.

48. Ludos insuper quod spectat, nec eos quidem omnes unâ prohibitionis regulâ censendos esse, satis in aperto est. Quos- dam enim artis esse; quosdam Fortunæ; quosdam verò mixtos, rectè notat Rauchbar d. qu. 25. n. 1. & seq. part. 2. Isti cum solâ ar- te, viribusq; ingenii, ac corporis peragantur, regulariter liciti re- periuntur, ac permisi, per text. expr. in l. solent. 2. §. 1. ff. de aleator. ibiq; Godofr. & Dd. communiter junctâ l. qua actione 7. §. si quis 4. l. si ex plagis 52. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. athletas. 4. ff. de his qui not. infam. l. si duas. 6. §. 13. ff. de excusat. tut. l. 1. §. 5. vers. deniq; eos. ff. de po- stul. & l. un. C. de Athlet. lib. 10. eorumq; Justinianus in l. 1. & l. fin. C. d. t. enumerat quinque; illis tum temporibus notos, usitatosq; Monobolon, contomonobolon Quintanum contacem sine fibu- lâ, Perichiten, & Hippicen; de quibus Godofr. in d. l. Alciat. præ- termis. lib. 1. vers. lusum aleæ p. m. 144. Gregor. Tholos. in Syntagm. J. II. lib. 39. c. 4. n. 3. & seq. Cujac. in parat. C. d. t. Joh. Aquila de omni lud. gen. c. 5. periphra. 1. & alii; Illi qui ab incerto & ancipiti fortunæ eventu toti dependent; Hi verò qui partim fortunâ, par- tim ingenii artificio & exercitatione constant, qualis est, alea, quæ omnes Fortunæ lusus tam simplices, quam mixtos complectitur, ut sunt tesferarum aut talorum, vel taxillorum, cuborum, scrupo- rum, astragalorum, chartarum vel foliorum, fritilli, equorum li- gneo-

gneurum, & alii; sexcenti enim sunt modi ludendi ad aleam, ut Polydor. Virgil. ait *lib. 2. de Invent. c. 13.* Hos omni jure prohibitos esse rectè notat Rauchbar. *d. qu. 25. n. 24. & seqq.* ut ex quibus blasphemix, perjurix, dilapidationes bonorum, *d. l. fin. C. d. t. inimicitix, jurgia, cædes, & plurima alia & incommoda, nascuntur,* quorum catalogum prolixiorum enumerat Hostiens. *in summa tit. de Excess. Prælat. verb. Clerici. n. 5.* & post eum Tholosan. *d. l. b. 39. c. 3. n. 10.* Paris de Puteo *d. tr. de ludo n. 4.* Menoch. *de A. I. Q. lib. 2. cent. 4. cas. 399. n. 1. aliq;* ut inde non immeritò forte Publ. Mimus dixerit, aleatorem, quantò in arte est melior, tantò esse nequiorum. At ludos nostros quod attinet equestres, quis eos illorum catalogo inserendos negaverit, qui virtutis solius exercendæ gratiâ sunt, indeq; omni jure permisos censendos esse? Id quod etiam probè notat Rauchbar. *d. sapius qu. 25. n. 5.* quando in genere ludos ingenii acuendi, ac virtutis exercendæ gratiâ institui solitos, jure nostro probari, pluribus juris textibus adductis confirmat, moxq; subjungit: Et in primis, qui hoc tempore in urbibus & aulis Principum civium & Nobilium exercendorum gratiâ instituuntur, ut exercitia jaculatoria, Torneamenta quæ vocant, & alia id genus certamina equestria & militaria, ad quæ Nobilibus tantum patet aditus, Thurniren/ Ringrennen/ &c. illis sc. annumerandi sunt. Facem procul dubio apponere Soli conarer, si vel verbo veritatem istam evidentiorum reddere vellem. Iniquas itaque quorundam censuras, rem alieno planè pede ac modulo metientes, nihil ampliùs moramur.

49. Mirari tamen quem fortè subibit, qui factum nihilominus, ut annis ab hinc ducentis, & quod excurrit, altum de Gloriosissimi Aucupis instituto illo laudatissimo obrepserit silentium, nec continuatâ serie ad nos etiam equestres illi Torneamentorum ludi pervenerint? Et reperire datur, qui suo jure neglectos illos à majorum successoribus affirmare non dubitant, quod nimis sumptibus, nimiâque magnificentiâ multi Nobilium in illis fuerint exhausti, nonnullique honore indigni & pœnas meriti, multis sese propinquis, sodalibus, clientibus munierint, honestasque equestris disciplinæ leges & statuta perfringentes, impunè abierint, ut vult Crusius *lib. 8. Annal. Suevic. part. 3. c. 21. p. 479.* aliq;
illius

463

illius asseclæ. Veruntamen ut solâ equidem conjecturâ ea omnia constant, (neq; enim quicquam eorum apud Ruxnerum, aut alios, circâ ultimum Torneamentorum, quod Wornatiæ ab Equitibus Rheni, Anno Chr. 1487. institutum legimus, aut quæ illud præceserunt, evenisse, aut querelæ locum dedisse hætenûs depræhendere licuit,) Ita si vera omninò fuissent, vix tamen est, ut persuaderi queam, in eo sat rationis majoribus nostris esse potuisse, ut rei pulcherrimæ utilissimæque usus, propter abusum ac morum corruptelam paucorum quorundam, penitus negligere- tur, quin eâ potius autoritate, quâ primitus introducta fuere generosissima illa exercitia, Imperiali dico, ad decus suum pristinum revocanda, purganda, propagandaq; erant. Itaq; qui dissen- siones intestinas, & varias temporum difficultates obicem pri- mum illis posuisse putant, hi propius adhuc ad veri similitudinem rei accedere mihi videntur: quamvis nihil certi hæc de re affirma- re certò liceat. Quod enim de sclopetarum usu, quem nostra nunc potissimum tempora norunt & ob id majorum exercitia illa parum ad rem hodiè facere, quidam objiciunt, id re ipsâ penitus & secundum *thes. nostram* 41. ponderatâ nihil ob stare poterit, quò minus adhuc reducenda, & in pristinam redigenda orbitam bo- nus quisque optare ex animo possit, meritoq; debeat. Quæ enim pluribus de causis inducta intelliguntur, unâ earum aliqua ces- sante non protinus ipsam cessare faciunt constitutionem, maxi- mè si minus illa quidem principalis sit, eâq; potiores adhuc super- sint, quæ eandem legis dispositionem adhuc suadeant, requi- rantq;. Quâ de re prolixè Tiraquell. *in tr. cessante caus. cess. eff.* At hisce temporibus nostris quid magis est quod votis expeti omnium debeat, quam severior aliqua morum disciplina, post- quam innumera vitiorum serie noscibilem esse, multis Nobilita- tis titulus esse consuevit, qui præter pietas majorum imagines, aut privilegii non ita pridem obtenti gloriam, ipsa virtute unico Nobilitatis fundamento susq; deque habitâ, nil crepare amplius possunt, & qui generosissima illa septa sine publicæ diffamatio- nis periculo adire quondam nullo modo potuissent. Unde ex tripode quasi illa Spangenbergii sunt, in der Sächsischen Chronick 6. 25. in fin. pag. 176. Es sey des Rånser Heinrichs Thurnirstiff-
K tung

OX
Th
462

tung zwar eine gute / nützliche Polleey Ordnung gewesen / zu Fort-
setzung ehrlicher Zucht vnd Tugenden nicht wenig dienlich / aber
nunmehr gefallen / zu grossen Verderb Deutscher Nation. Dann
Kennen / Stechen / Brechen / vnd doch die Thurnir-Artickel nicht
halten / sey mehr für eine vnnütze vergebene Zeit-Verlust / dann
für eine Ritterliche Übung zu halten. Reliqua non tango, quæ
rem vel paulisper tantum trutinanti, arma suppeditare facile
possunt, quibus reliqua objectionum tela quam facillimè retun-
di, repelliq; queant. Ecquis ergò excitari denuo Gloriosissimum
aliquem Aucupem non desideret, qui equestribus illis ludis le-
gibusque vitam denuo, spiritumque largiatur? Fecere id jam-
pridem viri generosi ac strenui, notante Johanne Wolfio, *lect.*
memorab. & recondit centen. 10. pag. 257. & Simone Majolo *part. 2.*
colloq. 5. dierum canic. colloq. 6. pag. 498. Fecit & Johannes à Schel-
lenberg qui in epist. dolere, se inquit, gravem Majorum nostro-
rum morum censuram, quæ Nobiles in officio retinebat, unâ cum
celeberrimis hastiludiis simul interiisse, notante Goldasto *part. 2.*
Constit. Imp. p. 305. & Parthen. Litigios. *l. 2. c. 6. n. 29.* Faciet & unâ
mecum, qui veræ Nobilitatis decus non in talis, otio, patinis, po-
culis & Phrygiâ mollitie (Wolfii verba sunt d. loc.) sed sagatæ to-
gataq; virtutis alacriori studio & exercitatione consistere nove-
rit, idemque factis potius quàm verbis, DEO, PATRIA, AMICIS-
QUE testatum facere voluerit.

50. Hæc sunt, quæ de Torneamentorum materiâ Nobilis-
sima pro ingenii modulo colligere, notareque posse datum est,
in quibus si quid vel certius, vel rectius aliorum judicio saniori
edocebimur,

- - - *moniti meliora sequemur.*

D. S. G.

VD 77

110

